



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**  
**Salisburgi, 1693**

Liber V. Decretalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

(o)

# LIBER V. DECRETALIU. TITULUS I.

De Accusationibus, Inquisitionibus, & Denuntiationibus.

S U M M A R I A.

1. Quid sit Accusatio, & Inscriptio?
2. Poena talionis hodie mutata est in arbitriam.
3. Accusatio instituitur ad vindictam publicam, etiam in delictis privatis.
4. Differentia inter actionem civilem, & accusationem quoad libellum.
5. Laicus non potest accusare Clericum, nisi in criminibus exceptis, & ubi suam suorumve injuriam persequitur.
6. Nec Clerici vel Religiosi Laicos maxime in causa sanguinis.
7. Magistratus in genere moneri possunt a Parochis vel Concisionariis de administranda in malefactiones Justitia.
8. Pro compensatione damni sibi illati agere possunt Clerici? etsi deinde mors rei sequatur.
9. Inimici ab accusando repelluntur, si sit gravis inimicitia.
10. Reaccusare licet accusantem de majori aut pari crimine.
11. Fratres & sorores contra invicem ad accusandum non admittuntur.
12. Nec pupillus, mulier, magistratus, miles &c.
13. Item liberi, liberti, alimentarii, contra suos patronos aut alimentarios.
14. Pupilli, & mente capti accusari non bene minores: quibus tamen accusatio non mitigatur.
15. Semel absolutus de eodem delicto reus non potest.
16. Lapsu temporis 20. annorum abolet accusatio facultas.
17. Magistratus temporale duntaxat officium non potest: nisi de crimine vocati vel accusati commissio.
18. Contra absentem praesertim contumacem procedatur in Accusatione.
19. Reus contumax post annum habetur pro reo, & confesso: potest tamen purgare se ex post facto.
20. Tam Accusator, quam Rex dari possunt custodia.
21. Quando & quomodo in iudicio criminali possit ad captivum?
22. Incarceratio de Iure Canonico & contrarium iam est poena?

**I**n hoc Libro Decretalium tractatur de variis delictis, eorumque poenis, & punitione. Unde in hoc tit. 1. praemittitur, quod triplici via crimen ad iudicium deferatur, scilicet per *accusationem, inquisitionem, & denuntiationem.*

§. I.

De Accusationibus.

**A**ccusatio est criminis alicujus hominis apud iudicem competentem inscriptione interveniente legitima facta delatio ad vindictam publicam.

Dico I. accusationem esse *delationem criminis* apud iudicem competentem: cum

in criminalibus alia sit jurisdiclio, quam in civilibus, ideo quinam iudices, & quomodo de crimine recte cognoscant, videtur per superius in *Tit. de Officio Judicis, & Tit. de Foro competentis.*

Dico II. *in*scriptione interveniente: et autem *in*scriptio nihil aliud, quam obligatio scripta, qua accusator se obligat ad crimen obiectum probandum, vel si in probatione defecerit, ad poenam talionis, ad quam ad eam poenam subeundam, quam reus debuisse, si crimen probatum fuisset. *de Accusat. & l. ult. Cod. eodem.* tamen poena talionis hodie mutata est in arbitriam & extraordinariam, quia per

malici ab accusando deterriti fuerunt, & ita delicta impunita manerunt, ut in *Tit. seq.* dicemus.

*Dico III.* accusationem institui ad vindictam publicam. Licet enim delicta alia sint publica, quæ statum Reipublicæ perturbant & offendunt, & quorum accusatio cuiusvis de populo datur, ut crimen læsæ majestatis, homicidii, adulterii, violentiæ publicæ, & reliqua, quæ enumerantur in *Lib. 4. Instit. de Publicis delictis*: alia verò sint delicta privata, quæ magis privati alicujus hominis, quam Reipublicæ interesse concernunt, ut furtum, rapina, danatum injuriæ datum, injuria, &c. nihilominus ex quolibet delicto etiam prius agi potest non tantum civiliter ad compensationem damni ex delicto illati, vel ad poenam actori applicandam, sed etiam criminaliter ad poenam publicam judicis auctoritate corpori imponendam, vel ad pecuniariam satisfactionem inferendam. *§. in summa. 10. & ibi D. D. Instit. de Injuriis.* Et hæc actio criminalis proprie *accusatio* est. Ea quoque differentia inter actionem civilem ex delicto & accusationem notanda est, quod libellus in actione civili post facti narrationem, & causam applicatam debet habere conclusionem, ut sciat, quid & quantum actor petat: cum in ipsius sit arbitrio, vel totum, vel partem petere; in *accusatione* autem sufficiat sola facti narratio, & obligatio ad probandum sine conclusione ad poenam, quia quando conclusio de delicto, tunc lex ipsa facit conclusionem ad poenam, quam remittere, vel moderari non est in Accusatoris potestate.

Accusare possunt regulariter omnes, qui non prohibentur. Sunt autem plures, qui ab accusando prohibentur. Uel. Laicus non admittitur ad accusandum Clericum, propter reverentiam Clericis debitam. *c. 1. & seq. causa. 2. 9. 7.* & quod præsumatur esse infidelis Clerico, sicut dicit Pontifex in *c. 2. de Immunitate Eccles. in 6.* Nisi tamen Lai-

cus injuriam sibi & suis à Clerico illatam persequatur, *c. de cætero. 14. de Testibus.* Item in criminalibus excessivis, & atrocibus: ut simonia, hæresi, sacrilegio, & similibus Laici bonæ famæ ad accusandum admittuntur, imò etiam aliquando Laici malæ famæ, & personæ viles, si Clericus talium personarum familiaritate prius usus, aut de crimine infamatus fuerit. *c. nulli. 5. h. t.* Parochiani quoque & Patronus Ecclesiæ de crimine civiliter agere possunt contra Rectorem Parochiæ, vel beneficii, ut moveatur à beneficio: quia ipsorum interest habere bonum Parochum.

*II.* Clerici aut Monachi non possunt accusare Laicos, quia non debent se immiscere secularibus negotiis *totò tit. ne Clerici vel Monachi &c.* idque vel maximè, si delictum mereatur mortem, vel membri mutilationem: fierent enim accusatores illatæ tali poenæ irregulares, tanquam cooperantes ad mortem, vel mutilationem alterius, sicut infra in *tit. de Homicidio* dicemus.

Interim nihil obstat, quin Parochus vel Concionator absque speciali designatione hominis vel poenæ in genere monere possit Magistratus, ut pro securitate publicâ, & ad scandalum evitandum justitiam administrent, & in malefactores inquirent. Item si Clericus non vindictam publicam, sed compensationem damni ex furto vel alio delicto sibi illati persequatur: poterit etiam suum malefactorem ad iudicium sæculare deferre cum protestatione, quod non faciat ad poenam sanguinis, sed ad interesse suum consequendum. Neque ipsi imputabitur ad irregularitatem, si deinde iudex ex officio malefactorem meritis poenâ etiam mortis afficiat, si enim Clericis omne jus agendi contra malefactores adimeretur, ipsorum vita & bona liberè aliorum prædæ exposta forent. Text. notabilis in *c. 2. de Homicidio. in 6.*

9 III. Inimicus Accusati, & qui inimico cohabitac ab accusatione repellitur. *c. repellantur. 7. Et c. inenimicus. 13. b. tit.* dummodo non sit levis inimicitia, sed capitalis, cujus aestimatio, quamvis regulariter arbitrio iudicis relinquatur, communiter tamen ea censetur, si quis alterius vitæ, vel majori parti bonorum insidiatus sit: item si eundem jam aliâ vice de gravi crimine per calumniâ accusavit. *c. 10. b. t.*

10 IV. Accusator repellitur per reaccusationem Accusati, & dummodo reaccuset de majori crimine; si autem Accusatus reacculare vellet de crimine pari aut minori, non audiretur, antequam accusationis iudicium esset finitum: præsumeretur enim ex inimicitia, & ad eludendam accusationem facere: neque enim relatione criminum, sed innocentia, reus purgandus est. *l. si quis reus. ff. de Publicis iudiciis.* Excipiuntur tamen si Accusatus velit reconvenire Accusatorem civiliter ad interesse, vel persequi suam, aut suorum injuriam. *l. 1. & l. neganda. 19. Cod. De his, qui accusare non possunt.*

11 V. Frater fratrem vel sororem accusare non potest, ita quidem, ut accusetur in exilij poena statuatur: nimis enim inhumanam videtur, ut frater fratris publicam damnationem desideret. *l. si in maximum. 17. Cod. De his, qui accusare non possunt.* nisi accusatio fieret de crimine levi, vel ad propriam vitam conservandam; ut quia frater fratri insidias vitæ parat. *l. propter insidias. 14. Cod. jam d. tit.*

12 VI. Accusare prohibentur enumerati in *l. qui accusare. 8. cum ll. seqq. ff. de Accusat.* ut Pupillus, Mulier, Magistratus, Miles, (ne ille ab officio, hic à militia avocetur) Suspectus de calumniâ, qui falsum testimonium subornatus dixit, Pauper, qui minus quàm 50. aureos in patrimonio habet: præsumitur enim, vel corruptus pecu-

niâ, vel ad extorquendam pecuniam acculare: hi tamen omnes, si suam vel suorum injuriam persequantur, ab accusatione repelluntur. *l. Hi tamen. 11. ff. eodem tit.*

VII. Denique Liberi, Liberti, & a reum ætate Alimentati, ne quidem suam injuriam persequentes Parentes, Patronos, aut Alimentatores criminaliter accusare possunt, sed tantum civiter convenire, si contra suarum jacturam ab eis sum passus sit, pater filium à possessione expulserit, non vi aut rapina, ex *l. si quis. 3. ff. ad l. l. De vi privata*, sed interdicto recuperandæ possessionis contra patrem agere non potest. *Et l. iniquum. 17. Cod. accusare non possunt.*

Sicut autem quidam ab accusatione passiva, ita alii ab accusatione passiva excusantur. Ut I. Pupilli, Furiosi & mentis incompositi, utpote quibus ob defectum rationis delicta non imputantur. *l. insanus. 12. ff. de Officiis Publicis. l. divus. 14. ff. de Officiis Liberti.* Minorenes vero, qui excedunt 14. ætatis annum, vel etiam Pupilli proinde imbecillitatis & doli capaces accusari quidem possunt, sed poena eisdem interdum haberi potest & imprudentiæ consideratione prohibitione iudicis mitigatur. *l. auxilium. 3. ff. de Minoribus. l. serè in omnibus. 1. ff. de R. I.*

II. Semel accusatus & per iudicem damnatus iterum accusari non potest de eodem crimine, quia de delicto unius hominis iterum queri non potest. *l. si cui. 7. §. 1. ff. de Officiis Publicis. l. 6. §. ult. ff. Naura. c. canonica. 15. ff. de Officiis Publicis.* tamen res inter alios acta alius persequi non debet, ideo, si secundus accusator injuriam persequatur, & doceat primam accusationem se ignorasse, vel certe primam accusationem prævaricatum esse, audiri poterit. *l. si quis. 11. Cod. eod.*

III. Non possunt accusari, imò nec esse

puniti, qui ante plures annos delictum commiserunt: ita enim omnia delicta carnis regulariter abolentur lapsa quinquennii. *l. mariti. 29. §. sex mensium. 5. §. quinquenni. 6. ff. ad L. Jul. de Adult.* excepto crimine raptus, item adulterii cum incestu vel violenta oppressione conjuncti, quae de jure communi, scilicet ut caetera crimina, quae delicta carnis non sunt, ad sui abolitionem 20. annorum lapsum requirunt. *l. vim passam. 31. §. prescriptione. 5. ff. ad L. Jul. de Adult.* Arnold. Rath. in *Tract. de Usucap. c. 4. assert. 21. & assert. 30.*

IV. Magistratus temporalis durante officio accusari non potest, nisi circa officium delinquat, vel crimen notorium sit; in reliquis autem differtur accusationis executio usque ad depositionem officii, datâ interim cautione de iudicio, *l. si adulterium. 33. ff. ad L. Juliam. de Adult.*

V. Denique absens à loco iudicii accusari non potest. *c. 5. causâ. 2. q. 8. & l. absentem. 6. Cod. de Accusat.* Sed hoc intelligendum est; quod contra absentem deduci & finire non possit accusatio, proponi autem potest, ut accusatus citetur à iudice ad comparandum. Quod si legitime citatus non comparuerit, nec realiter citari, seu corporaliter apprehendi possit (quia fortassis profugus, aut iudex, sub cuius districtu later, non praebet alteri iudici auxiliares manus) annotantur ejus bona, id est, à iudice obliantur, sive arrestantur; ut si intra annum redierit, & se purgaverit, integram rem suam recipiat, intra quem annum iudex res tempore perituras v. g. frumentum, &c. vendere, & pretium apud se deponere debet. Sin autem annum per contumaciam elabi passus sit, bona ejus omnia annotata in filcum deferuntur. *l. mandatis. 5. ff. de Requirendis Reus vel absent. dam.* nisi intra annum decesserit: quo casu expirabit criminis cau-

sa & bona successoribus restituentur. *l. 1. §. ult. ff. in cit. iit.* In Clericis autem accusatis & contumacibus poena relinquitur arbitrio iudicis ecclesiastici: ut propterea etiam contra Clericos per annotationem bonorum, vel si bona patrimonialia non habeant, per privationem beneficiorum aut censuras procedi possit. Id tamen monet Concil. Trid. *sess. 25. de Refor. c. 3.* ut iudices ecclesiastici sive contra laicos, sive contra Clericos non prius censuris, praesertim verò excommunicatione utantur, quam si apprehensioni personae, vel bonorum locus esse non possit: ne si facile & ex qualibet causa insligantur censurae, contemnuntur potius, quam observentur.

¶ Sed quid si Reus etiam post annum in contumacia perstiterit, & fortassis nulla vel pauca bona habeat, quae curet?

Resp. Talem Reum propter contumaciam haberi pro confesso, & convicto criminis, cujus insimulatur, ita ut poenâ relegationis, infamiae, vel excommunicationis etiam absens mulctari possit. *l. absentem. 5. ff. de Penis.* Quia tamen contumacia tantum fictam seu praesumptam probationem inducit, sententia autem ex praesumptionibus lata, praesertim in criminalibus, non transit in rem iudicatam; cum cesset praesumptio, quando de veritate constat. arg. *l. si qui adulterii. 34. Cod. ad L. Jul. de Adult.* idem si accusatus ex postfacto suam innocentiam docere velit, audiendus erit. *Minifing. Cent. 2. Observ. 78.* bona verò semel filco ob contumaciam acquisita, etiam demonstratâ innocentia, non restituntur, quia haec poena contumaciae est; nisi accusatus non tantum à crimine se purgaverit, sed etiam à contumacia ostendendo legitimum comparandi impedimentum. *l. 2. Cod. de Requirendis reus.*

Ceterum si & Accusator & Accusatus in 20

Bbb bbb 3

juris

judicio compareat, uterque de jure in carcerem, seu custodiam recipi, & ibi utique ad decisionem causæ manere debet: quia non tantum Accusatus, sed etiam Accusator propter poenam calumnia, si in probatione defecerit, de fugâ suspectus est. *l. ult. Cod. de Accusat. l. 2. C. de Exhibendis reis.*

21. Verum hic quaritur, an Judex in criminalibus indistinctè possit incipere à capturâ, & reum accusatum omnium primò in carcerem mittere? Hanc quæstionem tractat *Minling. Cent. 5. Observ. 69.* ubi magis receptam esse sententiam ait: quòd incarceration & captura, non nisi præmissâ causæ cognitione, & saltem aliquali instructione ac probatione delicti præcedente, non verò ad primam statim delationem sive accusationem concedenda sit, per text. notabilem in *l. 1. ff. de Custodia rerum.* Quòd si criminis poena non sit corporalis, sed tantum pecuniaria, vel aliàs levis, vel suspicionem fugæ non inducat, vel reus sufficientia bona habeat, in qua possit fieri executio, tunc sola cautio per fidejussores aut pignora, vel aliquando per juramentum *de judicio fisti,* & *judicatum solvendo* sine incarceratione sufficet: imò Magistratum indebitè incarcerantem posse de injuriâ coram suo superiore per incarceratum conveniri, docet ibidem *Minling. in fine,* & probatur ex *l. nec Magistratibus. 32. ff. de Injuriis.*

22. Quia tamen hodie de Jure Canonico in *c. 3. de Penis. in 6.* & passim de consuetudine sæcularium etiam judiciorum aliquando carcer non tantum pro custodia, sed etiam pro poenâ assignatur, idè in levioribus quoque delictis, si tamen probata sint, incarceratione frequenter statuitur. Sin verò incarceratione fiat non pro poenâ, sed pendente accusatione pro custodia non debet tunc reus nimis duro aut tetrico carcere constringi: est enim iniquum, ut priùs affligatur

reus, & executio in ipsum fiat, quàm delictum probatum sit. *l. 1. Cod. de Callidiorum reorum,* nisi hoc nonnunquam fiat poenâ implenam delicti probationem ad convictionem rei extorquendam.

§. II.

## De Inquisitionibus &amp; Denuntiacionibus.

SUMMARIUM.

23. Quid sit Inquisitio? et quæ alia generis speciales.
24. Inquisitionem specialem debet præcedere vel indicia sufficientia.
25. Puncta inquisitionis, nempe dicta *Oratio* et *reco pro sui defensione* speciatim examinanda.
26. Non servato debito ordine, si reus non voluerit, non potest processum postea impetere.
27. In inquisitione contra regulares non possunt nominari testium.
28. Quid sit Denuntiatio, & quæ loci.
29. Denuntiatio alia *Evangelica*, alia *Canonica* civilis, & quid sit *Evangelica*.
30. Quid sit Canonica denuntiatio, & quæ etiam ad propriam intercessione.
31. Quid sit civilis denuntiatio, & quæ etiam datur ministris publicis.

**I**nquisitio est investigatio criminis, quæ ex officio facta: cum enim non reperiantur, qui velint se pro accusato gerere, onus probandi delictum in accusato, & nisi probant se tales ad poenam obligare, idè ne delicta remaneant impunita, judicis officio incumbit, etiam sine accusatore in malefactores inquirere, sicut in *congruit. 13. ff. de Officio Praefecti* dicitur, ut Praefectus Provinciarum malos inquirat, & in *Novell. 12. l. 7. de Municipibus*, quia intelligitur, nisi fama aut

Non obstat vulgaris regula, quod accusatore nemo damnandus sit. *l. 1. ff. de Municipibus. 2. ff. de Municipibus. 2. ff. de Municipibus.* quia intelligitur, nisi fama aut

Int loco accusatoris, ut mox dicemus, aut reipublica interfit, aliquod delictum præcavere, aut extinguere.

Est autem *Inquisitio* alia generalis, alia specialis. *Generalis* inquisitio est, quæ de nulla certa persona instituitur, sed generaliter de toto aliquo loco vel districtu, ut si Episcopus visitet Diocesim, vel in civitate, aut Provincia dicantur grassari latrones, & ideo Præses milites emittat. Specialis autem inquisitio est, quæ fit de certa aliqua persona suspecta de crimine.

Ad hanc inquisitionem duo principaliter requiruntur. I. Ut præcedat diffamatio non tantum à malevolis & paucis, sed à pluribus & gravibus etiam viris, qui eundem de crimine suspecti habeant, aut alia probabilia indicia contra ipsum militent; & ideo in iudicio inquisitionis accusatoris loco censentur, reoque excipiente, quod diffamatus non sit, prius deluper cognosci debet; nam iudex inquirendo de certa persona sine præcedenti & sufficientibus indicis peccat graviter, cum diminuat ejus honorem & existimationem, nisi, ut præmissum, reipublica interfit aliquod perniciosum delictum præcavere.

II. Capitula & puncta inquisitionis sunt reo communicanda, contra quæ potest experire, de non factâ legitimâ specificatione loci, temporis, aliarumve circumstantiarum: quia habitâ tali specificatione reus potest facilius demonstrare suam innocentiam, quod fortassis in tali loco & tempore absens fuerit. Item etiam dicta & nomina testium sunt inquisito publicanda, ut quid, & à quo sit dictum appareat, ejusque exceptiones defensionales tam contra dicta, quam personas testium admittendæ, ne per suppressionem nominum testium, & defensionis exclusionem infamandi, aut falsum deponendi audacia præbeatur. *c. cum oporteat. 19.*

*c. inquisitionis. 21. c. qualiter & quando. 24. h. t.*

Est tamen notabile, quod si hic ordo observatus non fuerit, & iudex non præcedente infamia, vel non traditis capitulis ad inquisitionem processerit, reus autem non contra exceperit, vel protestatus fuerit, sed forsân simpliciter crimen confessus sit, non possit expost facto propter ordinem judicarium non servatum confessionem revocare, vel processum impugnare. *c. ad petitionem. 22. x. h. t. & c. 1. eode n. in 6.*

In Ecclesiis & Monasteriis Regularium, 27 si inquisito fiat contra Abbatem aut religiosum, dicta quidem testium, si illi regulares sint, esse inquisito communicanda exultimo, non autem nomina aut personas, ne exinde discordiæ & inimicitie oriantur, ac pax religionis turbetur. Quæ etiam causa est, cur in electione Abbatis vota & nomina eligentium non publicentur, ut in *Lib. I. in Tit. de Electione* traditur, ac in *d. c. qualiter & quando*, expressè habetur, quod contra regulares præscriptus inquisitionis ordo non sit necessariò observandus.

*Denuntiatio* est criminis alienjus apud 28 iudicem sine inscriptione delatio. Differt ab accusatione, quod licet denuntians teneatur facere aliquam probationem criminis, non tamen puniatur, si in probatione defecerit, dummodo appareat cum bono zelo, & non calumniandi animo ad denuntiationem processisse: recipitur enim denuntiatio ad eum potissimum finem, & etiam nostris temporibus usitata est, ac loco accusationis introducta, ut dein iudex ex officio inquiret. *c. ult. h. t.*

Dividitur *Denuntiatio*, quod alia sit *Evangelica*, alia *Canonica*, & alia *Civilis*. 29 *Evangelica* dicitur, quæ intenditur ad spirituales emendationem alterius, eamque debet præcedere una aut altera monitio, sicut

sicut traditur in Evangelio *Matth. 18. v. 15.* his verbis: *si peccaverit in te frater tuus (quo nomine omnis Christianus intelligitur) corrige ipsum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum, si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum stet omne verbum, quòd si non audierit eos, dic Eccl. sic &c.* Si tamen monitio ista privata nihil efficeret, posset fieri denuntiatio apud iudicem ecclesiasticum, etiam eà non præmissà, frustra enim aliquis obligaretur ad actum inutilem, *Nav. Consil. 4. h. 1.*

30 *Canonica* denuntiatio dicitur, quæ ex SS. Canonibus conceditur, ut si impedimentum denuntietur inter duas personas, quæ volunt matrimonium contrahere, vel aliud crimen contra Canones vel à personas ecclesiasticis commissum. Non requirit monitionem præviam, neque tantum ad emendationem spirituales, sed etiam ad poenam Canonicam instituitur vel acceptatur. *c. 9. q. 1. propter. 47. causa. 2. q. 7.* Item ad hanc *Canonicam* denuntiationem etiam referri potest illa denuntiatio, quæ fit ad proprium interesse consequendum. Quamvis enim sapius de iure civili non detur actio, ut propter læsionem ex contractu, quæ non est ultra dimidium iusti pretii. *l. 2. Cod. de Re vindicanda vendit.* nec contra heredem defuncti ex delicto à defuncto commissio, *l. unica Cod. ex delictis defunctor. &c.* In foro tamen Ecclesiastico quoties adversarius obligatur in conscientia, potest denuntiari, & ad satisfactionem compelli, cum Ecclesia iudicet de quovis peccato mortali. *c. nov. 1. de iudiciis.* Videantur quæ dixi sup. de Foro compet.

31 *Civilis* demum denuntiatio est, quam faciunt ministri publici ad hoc à Iudice deputati, ut crimina in republicâ vel civitate commissa scrutentur, & ad iudicium refe-

rant. Non creditur ipsis simpliciter, sed concurrentibus indicis movent iudicem ad inquisitionem instituendam. *l. ea quæ 7. & l. singuli. 14. Cod. de Accusat. Punatur, si per calumniam detulerint.* Sin autem aliqui saltem probabilitate sunt ducti, & culantur propter necessitatem officii. *l. de Custodia rerum.*

## TITULUS II. De Calumniatoribus.

SUMMARIA.

1. Quid sit calumniari, & quæ calumniari possit.
2. In foro Canonico ex consuetudine hodie arbitraria.
3. Presumptio calumnie in accusatore tollitur præsumptionibus contrariis.
4. Quid sit præiudicari, & quæ pena sit.
5. Quis dicatur tergiversari & quæ pena sit.

**T**Radunt in hoc Titulo Interpretibus modis delinquant accusatores licet calumniando, præiudicando aut tergiversando.

*Calumniari* est falsa crimina interponere seu innocentem per malitiam in quantum deferre. Pena calumnie est, ut calumniator ultra condemnationem in expensis etas ab accusato, notetur infamia, & punitur talione, id est, tali supplicio, quodamine probato affectus fuisse reus. *De ult. Cod. de Calumniatoribus.* De Canonico in *cap. 1. hoc tit.* circa Calumniantes statuitur poena deperditionis exilii.

De consuetudine in locum talionis cessit poena extraordinaria pro arbitrio iudicis, & hodie de iure Canonico ex generali consuetudine omnes ferè penas arbitrarías testatur *Val. hoc Lib. V. de Penis. §. 4. in fine.*

Porro licet *Gloss. in cap. 2. hoc tit.*



TITULUS III.  
De Simonia, & ne aliquid  
pro Spiritualibus exigatur vel  
promittatur.

## SUMMARIUM.

1. Simonia nomen trahit à Simone Mago, estque species sacrilegii.
2. Simonia est à SS. Canonibus dicatur hæresis, tamen potest esse sine vera hæresi.
3. Ponitur & explicatur definitio Simoniæ.
4. Est alia mentalis, alia conventionalis, alia realis.
5. Emptio & venditio circa Simoniã late accipitur pro quocumque contractu temporali.
6. Spirituali annexum 3. modis accipitur.

**S**imonia delictum est, quod à Simone Mago nomen & originem traxit, is enim, ut in *Act. Apostolor. 8. c.* legitur, cum vidisset, quod per manus impositionem daretur Spiritus S. obtulit Apostolis pecuniam dicens: *dato & mihi hanc potestatem, ut cuiuscunque imposuero manus, accipiat Spiritum S.* cui respondit Petrus: *pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum DEI existimasti pecuniã possideri.* Est igitur Simonia species sacrilegii, quam SS. Canones variis nominibus detestantur, prout in *c. reperiuntur. 7. caus. 1. q. 1.* appellatur execrabile flagitium, & in *c. 6. h. t.* dicitur pestis sui magnitudine alios morbos vincens. Ejus malitia consistit in irreligiosa, & indigna tractatione rei sacræ vel spiritualis, dum ita vilis putatur, ut in commutationem rerum temporalium venire possit, vel quod dona spiritualia existimantur esse in potestate & commercio hominum, & non potius à solius DEI gratia & gratuita voluntate dependere. Item hoc delictum valde perniciosum est Ecclesiæ, si nimirum Prælatuæ Ecclesiasticæ, ordines, beneficia & similia potius ob turpe lucrum, quàm personarum merita & virtutes distribuuntur.

Ccc ccc

Licet

verbo calumniandi, generaliter doceat, hoc ipso præsumi calumniam, si accusator vel denunciator non probat delictum; advertendum tamen est, hanc præsumptionem aliter probatorem in contrarium, & concurrentibus aliis præsumptionibus & circumstantiis ac juramento accedente posse penitus tolli & purgari, veluti si accusatus prius delicto apud viros etiam graves infamatus fuerit, si accusator delictum saltem semiplenè probaverit, si testes durante judicio ante examen mortui sint: præsertim si necessitas officii, vel justus dolor ad accusandum moveat, ut in personis publicis vel turribus circa res pupillares contingit, *L. 2. Cod. De his, qui accusare non poss.* Item in accusante marito uxorem de adulterio, *L. 6. Cod. Ad L. Jul. de Adult.* prout rectè ad *m. Gloss.* notavit Panor. in *c. 2. h. t. n. 5.*

**P**rævaricari dicitur ille, qui cum accusat vel denunciasset aliquem de crimine publici iudicii, postea corruptus dissimulavit veras probationes & addidit inefficaces, vel quoquo modo adjuvit reum, ut absolveretur. Poena injungitur prævaricatoribus extraordinaria sive arbitraria, *l. 1. & 2. ff. de Prævaricatoribus.*

**T**ergiversari (quasi per modum fugientis *tergum vertere*) dicitur, qui post litem contestatam ab accusatione publici criminis peritus desistit. *Tergiversationis* poena ex Senatus consulto Turpilliano statuitur quinquaginta librarum auri, vel alia extraordinaria, *L. 1. in fin. ff. de Prævaricatoribus.* sed ex *l. 1. Cod. ut intra certum tempus criminal. questio terminetur.* quarta omnium bonorum parte cum infamia *tergiversator* puniuntur. De Jure Canonico nulla certa poena præstituta est, ideo dici potest juxta superius dicta, esse arbitriam.

ENGEL IN DECRET. LIBER V.

<sup>2</sup> Licet verò error Simonis Magi fuerit hæreticus, dum putavit donum spirituale posse pretio comparari, & ideo etiam *Simoniam* hæresis vocetur in *c. 5. b. 1. & c. Presbyter. 1. causâ 1. q. 1.* nihilominus sciendum est, Simoniam committi posse sine isto errore, & ab eo, qui pro spiritualibus accipi temporalia, quamvis non credat spiritualia vendi posse: quia etiam hoc casu irreverentia spiritualium & indigna tractatio, ac violatio Evangelici præcepti: *gratis accepistis gratis date*, &c. concurrit, unde nomen hæresis in *ist. c.* intelligendum est, quòd *Simoniam* origine sua fuerit hæresis, & etiam hodie esse possit, si ille error interveniat.

Definitur *Simoniam* à Gl. communiter recepta in *prim. causâ 1. verbo. Quidam*, quòd sit *studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.*

<sup>3</sup> Dicitur I. *studiosa voluntas*; id est, deliberata cum advertentia mali; nam voluntas & propositum distinguunt maleficia. Dividitur autem *Simoniam* in *Mentalem*, quæ solâ voluntate committitur, nec in actum prodit exteriori; *Conventionalem*, quæ in pactum deducta est; & *Realem*, ubi ultra pactum etiam traditio rei spiritualis accessit, de qua divisione plura dicemus, quando inferius de pœnis *Simoniam* agemus.

<sup>4</sup> Dicitur II. *emendi aut vendendi*, quæ verba late accipienda sunt, ut includant omnem contractum, in quo res temporalis pro spirituali datur, qualis est permutatio, vel alius contractus innominatus, *do, ut facias, facio, ut facias*, &c.

<sup>5</sup> Dicitur III. *aliquid spirituale*: in est, quodvis supernaturale donum ad animæ salutem directè institutum, vel *spirituali annexum*: quòd annexum potest esse tribus modis: vel antecedenter, ut Jus Patronatus ad beneficium, valâ sacra ad sacrificium,

&c. vel concomitanter, ut labes corporalis spirituali officio; vel consequenter, ut in beneficiis; qui dantur propter spirituale officium. Sed hæc omnia, quæ volunt plures difficiles quæstiones, particulari magis *seqq. ff. examinandum.*

Colliges autem imprimis ex dicta definitione & ejus explicatione ad constitutum *Simoniam* tria debere concurrere, scilicet *pactum, pretium temporale: & nexum*, sive rem spiritualem aut spirituale nexam.

## §. I.

## De Pacto Simonico.

## SUMMARIUM.

7. *Sine pacto non est simonia formalis: & quæ in verbis datur ante collatum beneficium obligandum ex gratitudine collatum.*
8. *Non est simonia, si res temporalis datur ut sit instrumentum ad opus bonum.*
9. *Simoniam est, etsi pactum cesset in futuro non datur.*

Nomine pacti Simonici, ut in primis, venit omnis contractus temporarius, seu utrinque obligatorius, quo res spiritualem tradendam obligatur. Verò pactum præcedens est necessarium, sine eo non reputetur *Simoniam*, quæ temporalis pro spirituali datur. Ut si liberè & spontè aliquid donat ei, qui aut beneficium spirituale accipit, non propterea *Simoniam* committit: quia spiritualis non est deducta in commercium obligationem pro re temporali tantum, sed munus datum est oblationis animi grati causâ, sicut videmus rationes tolerare fieri Episcopis, qui contra Ecclesias, vel altaria, dummodo eas non ex justitia debitas non exigant, *et. ff. de donationibus. 18. b. 1.* Si tamen in collatione beneficiorum Ecclesiasticorum fuerit antecedenter ab eo, qui supplicat pro bene-



telliguntur laudes, preces, vel commendationes, v. g. apud Principem vel populum in alia causa pro eo interponenda; qui beneficium aut rem spirituales contulit. Denique per munus ab obsequio intelliguntur quælibet servitia vel obsequia alicui præstanda sub obligatione beneficii conferendi.

Verùm hic iterum advertendum est, quòd ista munera tunc quidem constituunt formalem Simoniam, si in pactum vel obligationem utrinque deducta sint, non si ab altera parte liberè & spontè exhibita. Interim si Episcopus patiarum v. g. aliquem famulum gratis vel pro modico pretio inservire sub spe recompenfandi per collationem beneficii Ecclesiastici, plerumque præsumi implicitum pactum simoniacum, & saltem committi peccatum propter scandalum & speciem Simonie, & quòd inde beneficia non juxta qualitates personæ, sed obligationem privatam distribuantur, docet Suarez. *Tom. 2. de Religione. tract. 3. lib. 4. cap. 30. n. 2. & Less. de Justitia & Jure lib. 2. cap. 52. dub. 20.*

## §. III.

## De Re spirituali sive materia &amp; merce Simonie.

## SUMMARIUM.

13. Quomodo pro Sacramentorum administratione possit exigi licite aliquid temporale?
14. Non licet Parochis ob denegatam pecuniam consuetam denegare Sacramenta.
15. Pro Missis & precibus quomodo pecunia possit accipi?
16. Ex quibus causis consuetudo accipiendi aliquid pro sepulchris & Sacramentorum administratione possit admitti? consulantur textus in c. cum Ecclesie, & c. ad Apostolicam, h. t.
17. An & quomodo rei consecrate vendi possint?
18. Illicitum est rei consecrate usum locare pro pretio.
19. Omnis actus jurisdictionis spiritualis regulariter ponit materiam Simonie.
20. Quid sentiendum de stylo Curie Romanae, quæ pro dispensationibus exigitur pecunia?

21. Simoniacum est pro ingressu in Religionem susceptione in Canoniam aliquid ex parte petere: quòd tamen debeat esse.
22. Decima possunt in contrarium temporalem dici, quòd fructus & sui usque, non decima.
23. Imò decimandi in uno loco possunt committi in jure decimandi alio loco.
24. Imò Patronatus directus in contrarium temporalem deduci non potest, sed cum provisione bonorum vel re, cui adharere possit in jure.
25. Quid si in contrarium specialiter necum in provisione fiat?
26. Circa beneficia Ecclesiastica, contractus non sunt Simoniaci.
27. Annata tamen, vel primi fructus decimarum etiam ab Episcopo peti possunt.
28. Resignatio beneficii est Simoniacæ, si pactum temporale etiam circa expensam interueniat.
29. Pensis tamen resignandi potest condici.
30. Beneficia in equalibus reddituum, si pennis, excessus pretio compensari non possunt, nisi pensis potest constitui.
31. Quid in hac parte speciale circa beneficia beneficia parochias incorporari?
32. Transactio super lite beneficii non potest dari temporale, ad redimendum tempus, nam aliquòd dari potest, cum dispensatione.

Quamnam dicatur res spiritualis, & quali annexa præmissi in tertio membro definitionis, sed in specie

Quæritur I. Si Sacramenta proprie spiritualia, ad salutem anime iustis tributa, quomodo ergò Parochi pro Baptismo, Confessionibus, ministrante Eucharistia &c. pecuniam à populo exigunt?

R. Quòd talis pecunia non exigatur, quam pretium Sacramenti, quòd est inestimabilis valoris, sed tanquam stipendium necessarium pro sustentatione Ministrorum Ecclesie, nam juxta testimonium Christi Matth. 10. vers. 10. *signum est operarii mercede sua*, & Apostolus 1. ad Cor. 9. ait, neminem suis stipendiis ministrare Dominum ordinasse, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant, & qui tati defervunt, de altari vivent.

Hic tamen advertendum est, non licere parochis ob denegatam pecuniam denegare sacramenta, sed debere alia viâ, aut apud Episcopum jus suum prosequi; alias enim non leve foret scandalum, species Simonia & grave parochianis aliis detrimentum, si ob modicam pecuniam salutaribus mediis frustrarentur, *c. audivimus. 41. & c. in tantum. 36. h. 1.*

*Queritur II.* Quo jure pro Missis vel precibus ad aliorum intentionem faciendis pecunia accipiatur?

Etiam hic pecuniam non dari, ut *pre- tum* pro Missa vel precibus, cum utique sit nulla proportio inter medium v. g. florenum & sanctissimum Missæ Sacrificium, sed pro mercede operis, & servitii, ad quod alicui gratis præstandum non est obligatio secundum allegatam Christi & Apostoli sententiam ac decretum Concilii Agathensis, relatum in *c. ult. causâ. 1. q. 2.* quod etiam de spiritualibus dignus sit operarius & Minister Ecclesiasticus mercede sua. Porro hæc ratio etiam in eo procedit, qui alias sufficientes redditus habet; cum non propterea teneatur mihi gratis servire, nisi illi redditus in hunc finem sint ei deputati, sicut in Parocho, qui propterea percipit decimas, ut sacramenta Parochianis ministraret. Unde si Parochus ex decimis vel aliis proventibus habeat abundanter redditus pro se & Capellanis suis, volunt plerique DD. eum pro administratione singulorum Sacramentorum nihil exigere posse, per text. in *c. cum in Ecclesia 9. & in cap. suam. 29. h. 1.* Alii tamen ex diuturna consuetudine tales exactiones exculant, de hac autem consuetudine.

*Queritur III.* Quomodo inter se concilianda sint dictum *c. 9. & c. ad Apostolicam. 42. h. 11.* Ubi in priori omnis consuetudo exigendi aliquid pro sepulturis, & Sacramentorum administratione damnatur: in

posteriori aurem pontifex præcipit in similibus pias consuetudines observari.

*q. c. 8. & 9. h. 1.* explicandum esse de tali consuetudine, quæ non fuit legitime & absque peccato introducta, aut præscripta, ut, quia Clerici alias sufficientia beneficia habentes, nihilominus pro administratione Sacramentorum pecuniam negarunt sacramenta, vel sepulturam &c. aperte enim ibidem Pontifex loquitur de similibus actibus peccaminosis, ex quibus ait, non induci consuetudinem, cum diuturnitas temporis peccatum non minuat, sed augmentet, & *tanto sunt graviora crimina, quo diutius animam tenuerunt obligatam.* Verum alterum *cap. ad Apostol. h. 1.* accipiendum est de tali consuetudine, quæ sine peccato, & ex rationabili causa est obtenta: plures autem causæ enumerari possunt, ex quibus talis consuetudo sit rationabilis & legitima.

*Primo* si parochus non habeat sufficientes redditus pro se, & Capellanis suis; neque ista sufficientia ita strictè de quotidiano tantum victu intelligenda est, quin etiam futurarum necessitatum aliqua ratio, sine avaritia tamen, habeatur.

*Secundo* si consuetudo sit immemorialis, & non constat, quo initio caperit, videtur tunc observari posse; quia consuetudo immemorialis habet vim legis & privilegii, atque possessio tanti temporis, quod hominum memoriam excedat, omnem presumptionem mali excludit *cap. super quibusdam. 26. & ibi Gloss. & DD. de Verb. significat. l. 3. §. dicitur aqua. 4. ff. de Aqua quotidiana & asirva.* dummodo à violentis extorsionibus absteatur, & in quantitate præsertim respectu pauperum excessus non fiat. Unde solent Episcopi tales exactiones (quas vulgò de *stola* vocant) taxare & moderari.

Circa sepulturas tertio specialiter potest aliquid peti pro conservatione cimiterii, vel loci specialis sepulturae, aut sustentatione cantorum, vel propter specialem laborem, ad quem is, qui parochus non est, non tenetur, ut si in alia Ecclesia, quam Parochiali electa sit sepultura: item quod honor & praeminentia specialis sepulturae, ut quia est in loco sublimiori & conspicuiori (adeoque respectus temporalis) vel obligatio Ecclesiae, quod nullum alium velit recipere ad particularem sepulturae locum, quam certam familiam, sit pretio aestimabilis, cum pluribus cit. docet Barbof. de Offic. Paroch. part. 3. c. 26.

Quarto cum in plerisque parochiis decimae personales de lucro & negotiatione hominum solvi solitae, & in pluribus etiam decimae minutae v. g. de ovis, lacte, pomis, lino, lana & similibus in consuetudinem abierunt, credibile est, quod fortassis ex antiquis pactis inter Parochos & Parochianos in locum decimarum istarum aliae particulares exactiones successerint.

17 *Quaeritur* IV. An res consecratae vel benedictae, ut Calices, Paramenta, Missalia, Cruces Hispanicae, aliq; similia vendi possint saltem ratione materiae, quam continent, quia forte ex auro, vel argento sunt; Canonistae veteres plerique in ea fuerunt sententia, tales res consecratas, quamdiu consecrationem retinent, vendi non posse, sed si quae sint, quae contractae aut scilicet amittere possunt consecrationem, ut calices argentei, vestes sericae &c. prius tales res frangendas aut sciendendas esse, ut deinde tanquam profanatorum materia vendi possint. Fundamentum est in *c. si quis objecerit. 7. causa 1. q. 3.* ubi regula traditur, ut quando duo sunt necessarii sibi connexa, unum sine altero vendi non possit, & ponitur exemplum de Ecclesia consecrata, quod non possit vendi ratione mate-

riae sive aedificii. Item in *c. ab eadem. 1. de sepulturis.* prohibet Pontifex, ne pro sepultura in cimiterio ratione terrae aliquid exigatur, similiter. *c. dicitur. 1. causa 1. q. 1. & c. non satis. §. h. s. accipitur, ne pro oleo, chrismate, aut balsamo ex quo chrisma conficitur, aliquid petatur.* Verum Recentiores, praesertim vero Theologi, communius docent, ex sua natura esse Simoniam, vendere praesertim rei consecratae, quanti valeat, si consecratio non esset, eo quod materia secundum soluta nihil speciale sit, & vendens pro prius pecunias exsoluerit. Item in appropinquatis Crucibus Hispanicis, vel sacris reliquiis sumptus itineris & molestiae aestimantur.

Circa textus contrarios autem videndum esse; aliqua esse prohibita, quia *Simonia*, alia *Simoniaca*, quia prohibita videtur, hoc est, numerari inter Simoniam, quod proprie talia sunt, sed quod aliquando ratione speciem habeant, & ita in sacrali ecclesiastico prohibeantur. Unde eosdem motus interpretantur procedere illis casibus, quando exinde esset scandalum fideli, vel si cum rebus consecratis inlitteretur quaedam mercatura & negotiatio, vel si magis carius aestimaretur, quia consecrata. Hinc circumstantiis sepulchris, non improbabiler purant excusari posse consecrationem, in qua talis materiae venditio praesertim. Prolixè hanc quaestionem examinavit Sicut de *Simon. cap. 14. n. 4. & seq. ubi n. 10.* monuit, illicitum esse, rem consecratam, vel calicem aut paramenta missalia locare pro pretio, consecratur enim venditus ulius reus est spiritualis & sacer, nisi fortassis petere peteretur pro reparatione rei deterioratae.

*Quaeritur* V. An pro dispensatione in impedimentis Matrimonii, Voti & similibus accipere pecuniam sit simonia cum?

¶ Omnem actum jurisdictionis spiritua-  
lis regulariter ponere materiam simoniae,  
praeterquam verò si talis actus circa forum in-  
ternum, & relaxationem vinculi conscientiae  
veretur. Unde etiam in Conc. Trid. *sess. 21.*  
*de Reform. c. 1. §. 24. de Reform. cap. 6.*  
*§. 24. de Reform. matrim. c. 5.* dispensa-  
tiones, collationes ordinum, & concessio-  
nes dimissorialium ac beneficiorum jubentur  
gratis fieri. In *c. ad aures. 24. h. t.* prohibetur  
pecunia accipi pro absolutione ab  
excommunicatione. Et generaliter in *c. cum*  
*ob omni. 10. de Vita & honestat. Clericor.*  
*& c. statutum. 11. §. insuper de Rescript.*  
*in 6.* statuitur, ut administratio iustitiae gra-  
tis fiat, quòd Iudices Ecclesiastici propterea  
sua beneficia habere censentur.

¶ Sed obijci solet stylus Curiae Romanae &  
Legatorum Pontificiorum, ex quo stylo dis-  
pensationes sine pecunia non conceduntur.  
¶ Causas hujus exactionis esse varias, &  
non solum pecuniam tanquam pretium dis-  
pensationis, sed vel in sustentationem officii  
suum, vel etiam ipsius summi Pontificis aut  
Legatorum eo modo, quo Parochis ob suam  
sustentationem admittitur exigere pecunias  
ab eis, quibus Sacramenta administrant. Item  
Index delegatus Ecclesiasticus, quamvis ju-  
stitiam gratis debeat administrare, si tamen  
indigeat alleiore, pro eo à partibus litigan-  
tibus salarium petere potest. *d. c. statutum.*  
*§. assessorum autem. de Rescriptis. in 6.*  
Denique pecunia pro dispensatione exacta ali-  
quando imponitur à Pontifice in poenam de-  
licti praecedentis, sicut in irregularitatibus  
ex homicidio, vel alio delicto provenientibus,  
aut in affinitate ex copula illicita con-  
tracta.

¶ *Quaeritur VI.* An pro ingressu in Reli-  
gionem vel susceptione in Canonicum possit  
pecunia peti?

¶ Regulariter esse Simoniacum aliquid  
ex pacto petere pro ingressu in Religionem,

vel susceptione in Canonicum; est enim utri-  
que admissio in Religionem vel Canonicum  
aliquid spirituale. *c. non satis. 8. c. ve-  
niens. 19. & c. quoniam. 20. h. t.* Dico au-  
tem, si ex pacto aliquid petatur: nam libera-  
lis oblatio suorum honorum Religionem vel  
Ecclesiae cuiuslibet permisa est. *l. 1. & auth.*  
*ingressi. Cod. de SS. Ecclesiis.* Praeterea com-  
munis est Doctorum limitatio, quam etiam  
consuetudo approbat, quòd in Monasteriis  
non sufficienter fundatis, sicut multa sunt  
Monasteria Monialium, possit fieri certa  
compositio pecuniaria pro alimentis, & su-  
stentatione ingredientis. Suarez *d. l. c. 17.*  
*n. 7. & seqq.*

¶ *Quaeritur VII.* An decimas liceat in con-  
tractum pro re temporali deducere absque  
vicio simoniae?

¶ Decimas posse tripliciter considerari.  
*Primo* ut sunt ipsi fructus, qui ex alieno  
agro colliguntur, ut frumentum, vinum &c.  
& hoc sensu utique hos fructus vendere,  
vel commoditatem percipiendi alteri pro  
annua pensione elocare Parocho permittum  
est: quia fructus agrorum nihil spirituale  
sunt. *Secundo* accipiuntur decimae pro ipso  
jure directo decimandi, quòd est spirituale,  
vel spirituali annexum, quia competit pro-  
pter spirituale officium Ministrorum Eccle-  
siae, & primitus à Deo introductum est, ut  
homines solverent decimas intuitu Dei Mi-  
nistris ejus in recognitionem universalis do-  
minij. Propterea hoc jus directum decimandi  
in contractum venditionis, permutationis,  
aut transactionis pro re temporali deduci  
non potest. Attamen jus decimandi com-  
petens in uno loco, rectè potest muta-  
ri pro jure decimandi, competente in alio  
loco, ob majorem fortassis commodita-  
tem, vel etiam pro alia re, aut officio spi-  
rituali, ut si Monasterium se obliget ad faci-  
endas conciones in aliqua Parochia, vicissim  
verò

verò cum auctoritate Episcopi Monasterio assignetur jus decimandi in certo loco illius Parochia, res enim spiritualis non est pretium constituens Simoniam, ut superius dictum est. *Tertio* decimæ accipiuntur pro iure utili decimandi, prout olim ante Concilium Lateranense frequenter fuerunt data decimæ Laicis ab Ecclesia in feudum vel emphyteusim, & translatum fuit in ipsos jus utile decimandi, directo penes Ecclesiam remanente, eo ipso enim quòd jus decimandi directum spirituale sit, ejus incapaces de jure Laici censentur, nisi speciali privilegio Pontificio ad id habilitentur. *c. quattuordecim. 17. de Decimis.* Illud igitur jus utile decimandi, cum spirituale non sit, sed temporalis titulus de novo per contractum feudalem vel emphyteuticum creatus, ideò ex sua natura non est materia simoniaca, & consuetudine in multis locis receptum est, ut Laici decimas suas rursus aliis vendant, quæ omnia magis declarari possunt ex iis, quæ supra in *Lib. III. in Tit. de Decimis* diximus.

24 *Queritur VIII.* An Jus patronatus sit materia simoniæ?

R. Jus patronatus numerari inter jura spiritualia, aut spiritualibus annexa: est enim jus patronatus jus presentandi Clericum ad beneficium vacans, ut *Lib. III. in Tit. de Jure patronatus* pluribus explicavi: unde per se vendi aut pro temporalibus commutari non potest. *c. de jure. 16. de Jure patronatus.* Quod si de facto Jus patronatus vendere aut alio contractu improbato in alium transferre quis præsumat, præter excommunicationem à Jure Ecclesiastico infligendam, ipso facto Jus patronatus amittet juxta Tridentin. *sess. 25. de Reformat. c. 9.* Atque pretium ipsi Ecclesie per talem contractum injuriæ affectæ applicandum esse, docet Panorm. *in eod. c. 16. n. 3.* Neque Jus patronatus ideò minus spirituale est, quòd fre-

quenter etiam Laicos ex speciali jure & officio indulto ad hoc Jus spirituale habitos, & hoc respectu secundum quid Clericis æquiparatos esse.

Verum hæc ita se habent, si Jus patronatus per se & principaliter vendatur: ut Jus patronatus sit reale, annexum emphyteutis; prædiis aut hereditariis, tunc vendit illis bonis etiam per consequentiam acceptorem transferretur Jus patronatus. Alio speciali æstimatio Jure patronatus fiat. *Text. & DD. in c. ex litteris. 7. cum seculum. 13. de Jure patronatus.*

Sed quid si v. g. venditor dicat, se cedere cum Jure patronatus annexo vendit, quo casu valebit quidem venditio. Cuius non Jure patronatus; imò tam Jus patronatus, quam pretium ei correspondens emittitur, juxta dicta. In dubio autem præsumitur Jus patronatus mentio, non causa conditionis, sed declarationis tantum facta, ut nimirum emptor sciat jura bonis annexa. *Barb. in d. c. 16. de Jure patronatus. n. 3.*

*Queritur IX.* An pro collatione beneficii Ecclesiastici permittitur sit absque Jure patronatus accipere pecuniam? *Resp.* in beneficiis Ecclesiasticis regulariter omnes contractus onerosos, in quibus pro beneficio aliquo temporale recipitur, esse prohibitos, per titulum apertos in *c. ult. de Pactis. c. super. 7. de Transaction. c. querelam. 15. n. 1. nos. 24. h. 1. & c. un. Ut Ecclesiasticis beneficiis sine demeritis conferantur, quamvis non redditus, qui ex beneficio spirituali percipiuntur, temporales sint; titulus tamen beneficii, seu illud jus, ex quo percipiuntur redditus, cum detur propter spirituale officium spirituales, aut spirituali annexa reputantur.*



Interim potest summus Pontifex pro plenissima sua in omnibus beneficiis potestate de fructibus beneficiorum tempore collationis sibi aliquam partem (quam vulgo amatus, sive primos fructus vocant) reservare, vel eo nomine aliquid a beneficiario petere: Episcopis vero quamvis hoc de jure communi prohibuitur sit in *d. c. un. ut Ecclesiastica beneficia &c.* & in Conc. Trid. sess. 24. de Refor. c. 14. de consuetudine tamen in multis Diocessibus practicitur, ut beneficiarius loco primorum fructuum certam tantam persolvere teneatur, quae taxa datur non tanquam pretium beneficii, sed pro sustentatione Episcopi, & officialium ejus, vel aliis necessitatibus, pro quibus posset Episcopus singulis beneficiarum vacantium applicare.

*Quaeritur X.* An in permutatione vel resignatione beneficiorum possit committi Simonia? Suppositis istis, quae in *Lib. I. in Tit. de Renuntiat. & in L. III. in Tit. de Rebus permut.* tradita sunt dico breviter, omnem permutationem aut resignationem beneficiorum censeri simoniam, in qua privato pacto pecunia vel aliud temporale intervenit. *c. super hoc. 5. de Renuntiat.* adeo ut etiam illud pactum reprobetur, ex quo aliquis vult resignare suum beneficium in favorem alterius, si vicissim ab eo recipiat expensas in obtinendo illo beneficio factas. *cap. cum pridem 4. & ibi DD. de Pactis. Suarez de Simonia. c. 5. n. 24.* Potest tamen Episcopus & multo magis summus Pontifex Clerico propter aegritudinem aut aliam inhabilitatem resignare beneficium, vel in lite beneficii ob bonum pacis cessare pro sustentatione ejus aliquam pensionem de proventibus beneficii resignati constituere. *cap. nisi essent 21. de Præbendis.*

*Quaeritur XI.* An si beneficia permutanda sint inaequalium reddituum, liceat pacifice, ut ei, qui minus beneficium accipit, pecuni-

aria compensatio fiat? *q.* Id non posse fieri ex pacto partium, quia pecunia intelligeretur dari pro illo titulo seu jure spirituali ampliores redditus percipiendi; posset tamen emptor causam sustentationis, si minus beneficium ad eam sufficiens non sit, aliam pensionem à pinguiori beneficio separare, secundum ea, quae mox praemisimus. Non obstat difficultis textus in *c. ad questiones. 6. de Rebus permut.* ubi Pontifex admittit talem pensionem pecuniariam: quia communior est interpretatio, quod hic textus procedat tantum in casu, de quo loquitur: si videlicet duo Monasteria inter se permutent possessiones Parochiarum sibi incorporatarum, quae possessiones reputantur inter alia temporalia Monasteriorum bona. Secus autem est, si duo Clerici permutent beneficia, quae permutatio aliter fieri non potest, quam quoad titulum beneficii, cum possessiones & praedia beneficii non sint in dominio temporali Clerici.

*Quaeritur Ultimo:* An in lite beneficii possit fieri transactio sine simonia, ut v. g. adversarius accepta pecunia à lite desistat?

*q.* Negative per textus apertos in *c. constitutus. 4. & c. super eo. 7. de Transact.* Sed quid si aliquis dicat, se offerre pecuniam adversario non pro beneficio litigioso, sed ne vexetur in iudicio, sive, ut vulgo loquuntur DD. ad vexam litis redimendam. *q.* Esse distinguendum, an offerens pecuniam habeat jus in re, & beneficium de facto obtentum & possessum, vel tantum habeat jus ad rem, sicut praesentatus ante institutionem vel electus ante confirmationem. Priori casu admittitur tale pactum, dummodo non constet, permutationem adversarii esse manifeste injustam. Altero autem casu reprobatur, quia per pecuniam sterneretur via ad beneficium pacifice acquirendum, arg. *cap. Mattheus. 23. hoc tit.*

Ddd ddd

§. V.

S. V.  
De Pœnis Simonia.

33. *Quid sit simonia confidentialis?*  
 34. *Simonia mentalis non habet poenam in foro externo.*  
 35. *Simonia Conventionalis non habet poenam ipso jure, etsi ab una parte completa sit; excepta confidentiali Simonia.*  
 36. *Simonia realis habet poenas ipso jure annexas tribus casibus, in ingressu religionis, SS. Ordini- bus, & beneficiis Ecclesiasticis.*  
 37. *Pœna singulares simonia confidentialis.*  
 38. *In contractu simoniaco pretium a Judice Ecclesiastico applicari debet Ecclesie, vel pia causa.*
92. **C**irca pœnas *simoniae* repetenda est illa distinctio, quam superius in expositione definitionis tradidi, quod scilicet alia sit *simonia mentalis*, alia *conventionalis*, alia *realis*. Adde hic quartam speciem, quod alia sit *simonia confidentialis*, hæc autem committitur ab illis, qui beneficium Ecclesiasticum simplex aut curatum, regulare aut faculare alicui procurant eligendo, presentando, instituendo, confirmando, vel resignando cum certa confidentialia, id est, expresso vel tacito pacto, ut is, cui procuratur, elapso aliquo tempore ipsum cedenti, procuranti, vel conferenti, aut alteri certæ personæ &c. (v. gr. collatoris cognato, qui propter aetatem beneficii tunc temporis incapax est) resignet, vel pensionem aut fructus ex ea praestet.
93. Porro *simonia mentalis* in foro externo nullam poenam habet, sed cum peccatum internum sit, in solo animo consistens, sufficit per poenitentiam fori interni illud expiare. *cap. ult. h. tit.* cogitationis enim poenam in foro externo nemo patitur. *c. cogitationis. de Poenitentia dist. 1.* neque Ecclesia iudicet de internis quoad pœnas inferendas, nisi in aliquem actum externum prodierint.
94. De *simonia conventionali* etiam satis conveniunt DD. quod non habeat poenam, quæ

ipso jure inferatur, possit tamen a Iudice Ecclesiastico arbitrarie poni, quia Canon dicentes pœnas simoniacas, non de conventionione, sed actuali datione & acceptatione aliave reali exactione loquuntur. Inimò paucorum est sententia, ad incurrendam poenam juris non sufficere, si contractus simonicus ab una tantum parte completus sit (excepta *simonia confidentiali*) sed requiratur utrinque una pars dederit temporale, altera spirituale. *Cov. in relecti. regulae statutum. p. 2. §. 3. n. 7.* & *Less. de juris. lib. 2. c. 35. dub. 27.*

Realis *Simonia* in triplici tantum modo habet pœnas ipso jure inflictas. *Primo* commissa sit in ingressu in Religionem a precedentem §. 9. *dictum*. Etque hoc poena excommunicationis summo Pontifici servata, dantibus & recipientibus impunita, & suspensio Conventus ab officio, inhabilitas professi ad manendum in abbatiario, *extravag. 1. h. tit. pœna* *Less. d. l. dub. 23. hanc extravag. non receptam*, ut tales poena ipso jure incurrantur.

*Secundo* *simonia* commissa in subleptione & collatione ordinum patitur poena excommunicationis summo Pontifici servata & suspensio ab exercitio poenitentiarum respectu ordinantis, & ab excommunicationum respectu ordinati, sicut in *Statuto V. contra male promotos* habetur.

*Tertio* *simonia* commissa in addeptione collatione beneficii Ecclesiastici, poena excommunicationem reservatam (nisi collationem, provisionem vel electionem quidem, ut neque per alium collationem electionem promoveri possit ad illud beneficium is, qui id prius simonice obtinuit nisi ipso ignorante, & multo magis poenam protelante ab aliis, & fortassis in eadem ejus *simonia* commissa sit. *c. factus* *lib. 2. c. 35. dub. 27.*

*h. t. c. penult. de Elect. extravag. 2. h. t.*

Simoniae confidentialis poenas statuit Pius IV. in Bulla, *Romanum Pontificem*: & Pius V. in Bulla, *Intolerabilis* &c. ut annullata tali simoniacâ collatione & reservato illo beneficio sedi Apostolicae, Episcopi & superiores committentes hanc simoniam, interdictionem ingressus in Ecclesiam, inferiores autem excommunicationem reservatam incurrant, & præterea ille, qui beneficium simoniacè accepit, non tantum inhabilis fiat ad idem beneficium postea obtinendum, sed etiam omnibus beneficiis prius obtentis privetur, quod tamen DD. non de privatione ipso iure, sed per sententiam iudicis intelligunt cum *Leif. d. c. 35. dubio 26.* Istud quoque adnotandum est, quod ad incurrendas poenas simoniae *confidentialis* non requiratur, ut contractus ex utraque parte sit impletus, quia refertur ad diversa tempora, unde sufficit, si Episcopus hoc pacto beneficium contulerit, & alter acceptarit, ut v. g. postquam questum resignetur consanguineo Episcopi, quavis illa resignatio necesse non interveniat.

*Sciendum* postremo, quamvis alias de iure civili in contractu turpi, si tam dans, quam accipiens turpiter seu contra bonos mores egerit, melior dicatur conditio possidentis. *Ubi. Cod. de Conditione ob turpē causam.* tamen in contractu simoniaco rectè per sententiam iudicis imperari posse, ut pretium Ecclesiae injuriatè vel pauperibus, aut alijs pro causis restituatur. *c. audirimus h. t. qua de re videri poterit Cov. cit. loco s. 2. tit. 4.*

**TITULUS IV.**  
Ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant.

**SUMMARIA.**  
1. Ratio prohibitionis hujus Tit.

*2. Poena contra venientibus statuta.*

**F**X hoc titulo confirmatur, quod in superiori tradidimus, videlicet jurisdictionem Ecclesiasticam esse materiam Simoniae, unde hic prohibentur Episcopi, alique Prælati, ne vices suas, id est, suam jurisdictionem, vel etiam quodcumque aliud Ecclesiasticum officium, ut Vicariatum, Archipresbyteratum, Decanatum, &c. alijs vendant pro temporali pretio, vel concedant sub tali onere, ut ipsis annua pensio solvatur. Rationem etiam convenientiæ addit Barb. *in c. 2. h. t. n. 2.* ne illi, qui sua officia pecuniâ acquisiverunt, gravent homines poenis & exactionibus pecuniariis, aut alijs modis potius lucro proprio, quam spirituali fidelium comodo intendant. Quare magis congruit, ut Episcopus det suo Vicario & Officialibus sufficiens beneficium vel stipendium pro labore, quem habent in administratione officij, ut ita gratis & sine querela iustitiam subditis exhibeant. Poena hujus prohibitionis statuitur, ut officialis redimens officium pecuniâ privetur illo, & a Prælato potestas conferendi tale officium auferatur; quam tamen poenam non ipso iure, sed per sententiam iudicis infligi, latius colligitur, *ex c. 1. & 2. h. t.* ubi textus non dicit, privatus sit, sed privetur, scilicet per iudicem superiorem,

**TITULUS V.**  
De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

**SUMMARIA.**  
1. Quid nomine Magistri hic intelligatur?  
2. Quales Magistri in Ecclesiis cathedralibus de iure, maxime Tridentini debeant constitui?  
3. Magistri Theologiae etiam absentes gaudent fructibus suorum beneficiorum.  
4. Et quid de altarum Facultatum Magistris?  
5. Magistri Theologiae, si in sua Ecclesia doceant, habentur etiam praesentibus in Choro.  
*D d d d d 2*      6. Clerici

6. Clerici studentes cum licentia Episcopi Theologiae vel Juri Canonico etiam in absentia gaudent fructibus beneficiorum.
7. Parochus & Curatus post Conc. Trid. non conceditur amplius talis licentia.
8. Prohibitio, ne quid accipiatur pro licentia docendi, est tantum Juri Ecclesiastico: nisi haec licentia à Prælo ecclesiastico ex officio detur.
9. Professores possunt exigere stipendia pro doctrina.
10. Quando pro Gradibus Academicis aliquid liceat exigere?

Hunc titulum Compilerator annexit materiae de *Simonia* propter prohibitionem exigendi aliquid pro licentia docendi: quia tamen generaliter etiam tractat de *Magistris*, de his quaedam scitu digna praemittemus.

1. *Magistri* nomine hic intelliguntur tam SS. Theologiae, & SS. Canonum, quam aliarum facultatum aut artium liberalium Professores, Lectores vel Doctores. De his statuitur in primis in *c. 1. 4. & ult. h. t.* ut in singulis Ecclesiis Cathedralibus constituantur Magistri, qui saltem Grammaticam doceant, assignata eis congrua praebenda, seu proventibus pro salario & sustentatione: in Metropolitana vero Ecclesia habeatur etiam Magister SS. Theologiae, cui similiter à Capitulo providendum sit. Deinde à Conc. Trident. *sess. 5. de Reform. c. 1.* constitutum est, ut etiam in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, ubi Civitas est populosa & redditus sufficientes, Magister Theologiae instituitur, Insuper in Monasteriis & Coenobiis Regularium sacra Scriptura Lectio habeatur.
2. Magistrorum docentium Theologiam etiam extra suas Ecclesias & beneficia, privilegium est, quod non minus, quam si in iis residerent, fructus beneficiorum suorum integre percipere possunt, non tantum per quinquennium, sed quamdiu in docendo persistunt. *c. quia nonnullis. 4. h. t. & ibi DD. Rebuffus in Praxi beneficior. tit. Dispensatio, de non residendo. num. 25.*

Nec refert, quod in *c. fin.* videatur id

restringi ad quinquennium: nam quinquennium illud referretur ad studentes & docentes, non autem ad docentes, ut nota Barb. in *d. c. fin. n. 5.* Quod de Magistro Theologiae dictum est, etiam de Praedicatoribus SS. Canonum procedere tradunt cum Panorm. in *c. licet. 32. n. 1. de Praebend.* De aliarum Facultatum Professoribus fecus de Jure communi videtur: advenimen etiam istis, si in publica Universitate doceant, conceditur per Bullam Eugenianam ad omnem Universitatem extenditur etiam idem Barb. in *Consult. Canon. 1. fol. 88. dub. 1.* Videatur etiam *Card. Benefic. p. 3. c. 2. n. 56.* Specialiter circa Theologiae Professores & Magistros XIII. concessum fuisse refertur in *Decret. Card. ad d. c. 1. Concil. Trident. n. 22.* si in Ecclesia sua doceant, non tantum in Choris beneficii, sed etiam quoslibet distributionibus, ac si in Choro decesserint gaudere possint, non tantum pro quibus quibus docent, sed toto die.

Ut vero Clerici etiam in doctrina & studiis proficiant, simili modo iisdem conceditur in *d. c. fin.* ut absentes etiam licentia Praelati in studio Theologico (admodum studio Canonico tradunt DD.) gaudere nihilominus fructibus suorum beneficiorum possint, sed per quinquennium tantum praedictum absolvi facile potest. Licentia autem Curatis & Parochis quoque in studio Theologico concedatur usque ad septimum, tamen post Constitutionem Conc. Trident. *sess. 22. de Reform. c. 1.* illam licentiam non posse amplius concedi, decretum fuisse à S. Congregatione Cardinalium fert Barb. in *c. relatum. 4. de Cler. n. 7.* cum pluribus citatis.

In altera hujus rubricae parte subijungitur prohibitio, ne pro licentia docendi, sine obtinenda professorum aliquid temporale


gat is. ad quem talem licentiam vel professuram concedere pertinet. Quia tamen professura liberalium artium ex se non est aliquid spirituale, imò nec ipsius Theologiæ, quatenus dicitur scholasticus est, qui ut in schola proponitur, non ordinatur principaliter ad salutem animæ, sed ad instructionem potius & eruditionem discipulorum, & ita actus naturalis est, licet ex consequenti illa doctrina à discipulo accepta ad salutem animæ accommodari possit, idè plerisque placet, hanc exactionem pro licentia docendi esse tantum jure Ecclesiastico tanquam inconvenientem prohibitam, non autem propriè Simoniacam, nisi eo casu, quo Praeatus Ecclesiasticus, cui ex officio competit professuram aliquam unà cum beneficio conferre, pro licentia docendi à beneficiato aliquid specialiter exigat.

Non autem prohibetur in hoc tit. quin Professores possint erigere congruam mercedem & stipendium pro sua doctrina, cum illi possent, tamen doctrina inter spiritualia reputaretur, sicut in tit. de Simonia de Clericis diximus, qui pro lectione Missarum, vel alijs servitijs spiritualibus honestum stipendium habere possunt. Nemo enim, teste Apostolo 1. ad Corinth. 9. suis stipendijs vivat, & qui seminat spiritualia, metere potest temporalia: peccabunt tamen Professores artium contra iustitiam commutativam, si habentes sufficiens stipendium insuper aliquid à discipulis exigant, nisi liberaliter offeratur, vel extraordinarium laborem aut instructionem, ad quam ex pacto stipendiali non tenentur, eis impendant, sicut tradit Panorm. inc. quia nonnulli hoc tit. num. 3. sed

Inquit: si pro licentia docendi non licet exigere pecuniam, quomodo ergo pro gradu Magistris & Doctoratus ab Universitatibus exigitur, cum tamen in tali

gradu Principale sit docendi, & interpretandi licentia.

10. In gradu Magistris vel Doctoratus 10 plura posse considerari, quæ sunt pretio æstimabilia? ut primo, labor & incommoditas examinantium, approbantium, & assistentis Universitatis in tali gradu. Secundo Gradus ipse quatenus publicum testimonium scientiæ & doctrinæ, Tertio honor temporalis per gradum collatus. Quarto communicatio privilegiorum gradu annexorum. Ex his ergo titulis merito aliquid pro Gradibus Academicis exigi & accipi potest.



**TITULUS VI.**  
**De Judæis, Saracenis, & eorum Servis.**

SUMMARIUM.

1. Qui sint & unde dicantur Saraceni?
2. Licetum est tolerare Judæos, & magis tolerentur, quam Hæretici?
3. Non permittitur tamen Judæis novas synagogas aedificare, aut veteres ampliare.
4. Conversatio cum Judæis & Infidelibus quatenus sit prohibita?
5. Judæi & Saraceni à Christianis distincto habitu uti debent.
6. Pæna eorum tam Canonica, quam Civilis, qui illicitum commercium cum Infidelibus exercent.
7. Quales conversatio cum Judæis & Infidelibus licita esse possit?
8. Prohibitum est Judæis tribuere officium vel jurisdictionem inter Christianos.
9. An liceat Infidelibus propter infidelitatem & bellum inferre?
10. Judæi & Infideles ad fidem directè cogi non possunt; indirectè tamen bene, si resistant Evangelii prædicationi.
11. In suis parentibus eorum filij non sunt baptizandi, exceptis certis casibus, qui enumerantur num. 12.
12. Servi & Filij familias ex Judæis vel gentilibus conversi liberantur à potestate eorum.

Ddd ddd 3

Qui-

1 Quinam sint Judæi scilicet adhuc cultores veteris Testamenti, negantes Christum fuisse DEUM, & Redemptorem nostrum, satis omnibus notum est. De *Saracenis* dubitatur quidem, unde propriè nomen & originem acceperint, ac qualis sit eorum religio, traduntque communiter antiquissimi scriptores apud *Cov. Variar. Resol. lib. 4. c. 9.* quòd ab Agar uxore & ancilla Abrahamæ & Ismaele filio ejus descendant (unde & Ismaelita aliquando vocantur) ut verò servilis originis maculam declinarent appellarunt se *Saracenos*, quasi à Sara altera uxore Abrahamæ libera stirpem ducerent; Judæorum quoque ritus imitati sunt. Interim in præfenti Tit. comprehendi omnes Mahometicae sectæ adhaerentes, sive sint Tyrcæ, sive Persæ, Tartari, Ægyptij, aut similes, scribit Barb. *in c. 6. h. r. n. 3.* & etiam alios Paganos, seu quoscunque Infideles intelligi, vult Zoëf. *cod. tit. n. 3.* Porro in materia hujus tit.

2 *Quæritur* I. An licitum sit Christianis Principibus, ut in suis terris tolerant Judæos?  
R. Affirmativè, quia ritus Judaici Evangelicam veritatem adumbrant, & gens Judaica, quæ ita constanter suam progeniem, & traditiones suas à Moyse & Patriarchis derivat, testimonium assiduam præbet sacrae Scripturae, ne ab Atheis hominibus tanquam figmentum noviter excogitatum explodatur; eaque de causa planè credibile est, quòd Deus gentem Judaicam non penitus deleri, sed toto orbe dispergi voluerit. Pat. chrè D. August. *contra Faustum c. 23.* inquit: *quid est aliud hodie gens ista, nisi quaedam serinitaria bajulans legem & Prophetas ad testimonium assertionis Ecclesie, ut nos honoremus per Sacramentum, quod illa nuntiat per literam.* Cur autem minus tolerantur Hæretici, imò *in c. excommunicamus. 13. §. moneantur. de Hæreticis,* omnes Principes sæculares jube-

antur, expellere ex finibus suis hæreticos. Ratio est, quia majus perverisionis periculum inducunt hæretici, quam Judæi, cum verò dicitur sit, aliquem ex Christianis ad Judæum transire. Dein Ecclesia potest in penam heresis hæreticos possessionibus suis tantum rebelles subditos privare: quia semper baptismum intra fidelium Christianorum Ecclesiam receperit, & consequenter deus Pontifici, utpote ejusdem Capiti, subditus sunt; Judæi verò & ceteri Infideles nonquam per baptismum intra Ecclesiam receperit; propriè ejus subditi non sunt, licet Apostolo *1. ad Corinth. 1. c. 12. Quæritur hi est de illis, qui foris sunt* hoc est extra Ecclesiam) judicare? & periret eorum sola infidelitatem, nisi aliter culpa accidant suis bonis spoliari non possunt, ut mox dicemus.

Interim tamen quia nimia Judæorum in locis Christianis abundantia non caret periculo apud rudem plebem, nec convenit tanto vigore permittantur ritus Judæorum frequenti blasphemia Christiani nominis, idè statuit summus Pontifex *in c. compellit. 7. h. tit.* ut Judæis quidem permittatur veteres Synagogas ab antiquis temporibus obtentas restaurare, non autem novas edificare, vel altiores, ampliores, aut pretiosiores reddere.

*Quæritur* II. An & quatenus Christianis prohibita sit conversatio cum Judæis & Infidelibus?

R. Tum ad charitatem Christianæ Religionis conservandam, tum ad cavendum perverisionis periculum prohibetur Christianis, ne assidua familiaritate cum Infidelibus, præsertim verò cum Judæis, sicut in specie interdicitur, ne aliquis Christianus in eadem domo cum Judæo habitet, ne Judæo Medico utatur, Judæorum carne comedat, in eodem cum ipsis convivas

balneo versetur; ne quisquam Christianorum Judæo continuo serviat, nisi locando operas ad modicum tempus; ne nutrices Christianæ nutriant Judæorum infantes intra ipsorum domum; ne Christiani & Judæi vel alij infideles conjugia inter se ineant, prout hæc omnia habentur per plura *cc. in causa. 28. q. 1.* Præterea ut inter Christianos & Judæos sit distinctio, & Christiani leant Judæorum evitare consortium, mandata Pontifex *12. c. in nonnullis. 15. b. t.* ut Judæi & Saraceni utriusque sexus in terris Christianorum debeant uti habitu, per quæ Christianis discernantur, & illis diebus, quibus singulariter celebratur memoria Domine Passionis, non debeant in publicum prodire.

Specialiter verò prohibitum est Christianis, ne tempore belli inter infideles & Christianos, quarumcunque rerum cum infidelibus commercium habeant, sub pena excommunicationis late sententiæ, *c. quod olim. 2. b. t.* Estque hæc excommunicatio reservata summo Pontifici circa eos, qui vel tempore belli, vel extra bellum cum Christianis equos, arma, ferrum, naves vel ligno navium vendunt, vel quoquo modo infidelium bella adjuvant auxilio vel consilio, & insuper talia facientes rerum suarum dominio privantur, fiuntque capientium servi, infames, intestabiles ad omnes actus legitimos, nec absolventur ab excommunicatione, nisi torum, quod ex damnato commercio perceperint, & tantundem in subsidium terræ sanctæ de suo transferant. Quod si solvendo non fuerint, alijs gravibus poenis alteriorem aliorum subijci debent, *c. 11. 2. quorundam. 6. c. significavit. 11. c. 1. ad liberandum. 17. Bulla Cæna. b. t. casu. 7.*

De Jure civili merces prohibita, quæ deservire possunt ad bellum, Barbaris vendentes puniuntur poenâ capitali, & confiscatio-

ne honorum, *l. 2. Cod. Quæ res exportari a bonis.*

*Quæritur III.* Utrum sint aliqua causa, quæ conversationem cum Judæis & infidelibus a culpa exculent? *re.* Principaliter tantum illam conversationem prohibitam esse cum infidelibus, quæ fit per modum societatis & familiaritatis, vel aliunde assidua & diuturna est. Quare qui casu cum Judæo in eodem convivio vel balneo convenit, non tenetur ab eodem declinare. Item in illis locis, ubi Judæis conceditur mercaturam exercere, consuetudo declarat, licitum esse cum ipsis contractus emptionis, permutationis, aut similes celebrare. Denique sicut in omni lege aut transgressione excusat magna necessitas corporalis aut spiritualis, ita etiam hic non est culpandus, qui ex necessitate famis cum Judæis manducat, qui Judæo medico utitur, si alius curando morbo idoneus haberi nequeat, qui sperans conversionem infidelis, cum eo familiaris conversatur.

*Quæritur IV.* An Judæis vel infidelibus possit à Principe concedi officium, vel jurisdictio aliqua in Christianos, *re.* Id utroque Jure esse prohibitum, quia sub tali prætextu Infideles Christianis plurimum sunt infesti. *c. cum sit. 16. b. t. c. l. ult. Cod. de Judæis.* Unde si Princeps velit aliquos redditus suæ Provinciæ vendere Judæis, debet pro collectione istorum reddituum præficere Christianum, *cap. penult. b. t.*

*Quæritur V.* An liceat Infideles bello expugnare propter infidelitatem, idolotriam, aut alia eorum peccata contra jus divinum? Comuniore sententia id negat cum Mol. de Just. & Jure. tract. 2. disp. 107. quod deficiat jurisdictio, sine qua non datur criminis punitio, ne aliunde tales infideles subditi fuerunt Magistratui Christiano, vel injuriam intulerint Christianis, aut alijs inno-

innocentibus, verbi gratia eos occidendo, immolando &c. juxta illud *Proverb. 24. v. 11. Erue eos, qui ducuntur ad mortem &c.* Verum affirmativa sententia videtur admodum probabilis, quam nonnulli docent apud *Molin. d. loc. n. 1.* maxime si consensus Pontificis accedat, cujus est defendere Divinum Jus, eique ratione peccati jurisdictio competit in omnes, si enim licet vindicare injuriam homini illatam, quare non etiam Deo illatam per idololatriam? sicut ea de causa olim Judæis permixtum fuit, multas gentes delere, ut in SS. literis habetur.

10 *Quæritur VI.* An Judæi & Infideles cogi possint ad fidem Catholicam, aut liberi eorum in vitis parentibus baptizari?

¶ I. Quamvis infideles, qui per baptismum nunquam de jurisdictione Ecclesie facti sunt (secus de hæreticis, ut Tit. proximo dicemus) ad fidem cogi directe nequeant. *e. sicut judæi. q. b. 1.* nisi aliquando indirecte, negando illis habitationem in terris Christianorum; priusquam se converterint: si tamen prædicatoribus Evangelij restiterint, aut licentiam prædicandi denegarint; plerique fatentur, licere tunc infideles etiam bello cogere & expugnare propter injuriam, quam inferunt Evangelio, dum ejus prædicationem, quæ ex mandato Christi toti mundo debet innotescere, impediunt.

11 ¶ II. Filij Judæorum & infidelium in vitis parentibus ordinariè baptizandi non sunt: quia nec sine injuria parentum ab ipsis abstrahi, nec sine periculo perversionis & injuria baptismi ipsis relinqui, vel restitui possunt. Ita communiter cum S. Thoma. 2. 2. q. 10. n. 12. tradunt DD.

12 Exciipiuntur tamen aliqui casus, ut I. si infans in articulo mortis, adeoque extra periculum perversionis constitutus sit. II. si semel à parentibus filius abstractus ijs amplius restitui non possit, ut quia mortui sunt &c. III.

si unus ex parentibus consentiat, altero consentiente, consentientis voluntas tantum iustior in favorem prolis præferenda est, si prolem ad usum rationis pervenisse, aut ex quibusdam indicis probabiliter cogi possit, quia in illis, quæ ad salutem animæ pertinent, homo à parentibus non dependet. V. denique, si liberi infidelium perpetuamente sint, etiam in vitis parentibus (quæ à quibus propter amentiam perverti possunt) in fide Ecclesie baptizari possunt, ut omni remedio animæ destituantur.

*Quæritur VII.* Quid juris, si servus filius familias alicujus Judæi vel Infidelis, & sua sponte fidem Catholicam accipiat?

¶ I. Tales servos hoc ipso liberos tenentur enim Judæorum licet Christiani servum possidere. *c. 1. & 2. h. de servit. Cod. Ne Christianum mancipium hæreticus vel Judæus, vel Paganus habeat.* Quæca filios familias infidelium ad fidem convertos refert Joan. Honor. b. 7. n. 24. Item Paulum III. ut hoc ipso liberati à patris potestate legitima & alia omni boni iuris contentione, & prius à patre possessa, etiam in vitis parentibus, tenere & possidere valeant, ita ut nihilominus jura suarum, cognationis & successionis retineant. Item si quæ à parentibus ex usuris, aut quomodo libet male acquisita sint, & nesciantur veri domini, quibus restitui debent, idem Pontifex Paulus concessit, ut apud filios ad fidem convertos remaneant; eum alias pijs causis applicari forent.

## TITULUS VII. De Hæreticis,

SUMMARIA.

1. Quid sit hæresis, & quod in ea requiratur periculum?



2. Dubitant in fide, an sit hæreticus?
3. Excusatur ab hæresi formali & penis hæreticorum.
4. Nondam baptizati non sunt proprie hæretici.
5. Pœna prima hæreticorum excommunicatio referenda, & qua ad eam incurrendam requiratur?
6. Quam hæretici dicantur materiales tantum?
7. Factis quomodo manifestari possit hæresis?
8. Excommunicationis pena extenditur in hæreticorum fautores & defensores.
9. Advertenda circa inuicem librorum prohibitorum.
10. Libri hæreticorum de religione non tractantes in Germania non habentur præ prohibitis.
11. Episcopi ab hæresi occulta conceditur absolvendi facultas à Concil. Trid. qua per Bullam Cœna non videtur sublata.
12. Ex indultis particularibus Episcopis & Regularibus quibusdam concessa est potestas ab hæresi absolvendi.
13. Alia pena hæreticorum, ut irregularitas cum infamia, interdictio, bonorum confiscatio &c.
14. Irregularitas, maxime quatenus in libros extenditur, usque Germania non ita stricte servatur.
15. Hæretici incorrigibiles tradantur Curia seculari & ultimo supplicio afficiantur.
16. In Germania hæreticorum pleraque pena vix nisi circa hæresiarchas novos locum habent.

**H**æresis inquit S. Hieronymus in cap. Hæresis. 27. causâ. 24. q. 3. Græcè ab electione dicitur, quòd scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Cæterum secundum rei substantiam & convenienter huic titulo Hæresis describitur, quòd sit error contra aliquam fidei Catholicæ veritatem, cum pertinacia iunctus in eo, qui fidem suscepit.

Dico I. hæresin esse errorum contra fidem Catholicam, id est, contra id, quod Pontifex, quæ Pontifex, & ex Cathedra loquens, vel Concilium autoritate Pontificis legitime congregatum tanquam veritatem Catholicam definit, & ejus contrarium ut hæreticam damnavit. Quare antequam controversia aliqua Theologica ab Ecclesia definitur, in utramque partem sine nota hæresis defendi potest. Quamam verò sint sin-

gula propositiones ab Ecclesia damnata, ad institutum Theologicum pertinet examinare. Pleraque videri poterunt in Conc. Trid. ubi in singulis Sessionibus certi Canones propositionum damnatarum præsertim circa materiam Sacramentorum adiuncti sunt.

Dico II. ad hæresin pertinere pertinaciam, hoc est: quòd aliquis sciens suam sententiam esse contra Ecclesiæ definitionem & autoritatem, nihilominus eam defendat, & sequatur, unde qui ex ignorantia licet crassa & culpabili aliquid contra Ecclesiam credit, peccat quidem, quòd non labore tam crassam ignorantiam deponere, non tamen proprie & simpliciter hæreticus censetur, nec hæreticorum poenis punitur, dummodò paratus sit in fide melius instrui. c. dixit Apostolus. 29. & c. qui in Ecclesia. 31. causâ. 24. q. 3. Excipiunt tamen aliqui, nisi ideo quis fidei veritatem inquirere prætermittat, quòd autoritatem Ecclesiæ & summi Pontificis parùm curet, talem enim hæreticis annumerant.

De eo, qui in aliquo fidei articulo dubitat, 2 non levis est difficultas, an pro hæretico habendus sit? Nam affirmativam sententiam plurimi DD. sustinent, & pro ea valde urget c. 1. b. t. ubi aperte dicitur, quòd dubius in fide infidelis sit. Et confirmatur ratione, quòd negare fidei articulum esse certum, utique sit hæreticum, sed dubitans vel explicitè vel implicitè negat articulum fidei esse certum, aliàs non dubitaret, ergo &c. Verùm quamvis ex unanimi DD. sententia satis certum sit, eum peccare, qui deliberatè dubitat de articulo fidei (nisi post advertentiam excusiat dubium, & captivet intellectum in obsequium fidei paratus doceri, seque Ecclesiæ authoritati submittere, quo casu actum fidei meritorium facit) non desunt tamen, qui talem dubitantem à formali hæresi, &

Ecc ecc hæreti-

3 hereticorum poenis probabiliter excusant, quos allegat Barb. *in d. c. 1. n. 2. c. 3.* Ratio est, quia haeresis est actualis electio erroris contra fidem, dubitans autem nondum aliquid elegit, cum nec assensum, nec dissentium habeat.

Unde ad Argumentum in contrarium responderi potest, quod dubitatio non importet formaliter explicitam vel implicitam negationem positivam, sed sit potius aliquod medium affirmationis & negationis suspensivum, textus verò in *c. 1. h. tit.* commodam interpretationem recipit, quod in foro externo quoad inquisitionem instituendam haereticus praesumatur, qui palam suam dubitationem jactat & pertinaciter in ea persistit, non autem quod hoc ipso statim de haeresi convictus sit.

4 Dico III. *haeresim* committi ab eo, qui fidem suscepit, hoc est, qui semel per Baptismum intra Ecclesiam receptus est, quare infideles nunquam baptizati, vel etiam catechumeni sive credentes nondum baptizati, si aliquem articulum contra Ecclesiam teneant, haeretici proprie non sunt, nec haeticorum poenis subjacent.

5 Porro inter haeticorum poenas prima est excommunicatio ipso jure illata, & ex Bulla Coenae Domini summo Pontifici reservata; ad hanc tamen excommunicationem tres potissimum conditiones requiruntur; I. ut aliquis sit formalis haereticus, non materialis, qui solum ex ignorantia, non autem ex pertinacia haeticam propositionem credit. II. Requiritur, ut haeresis non tantum in animo consistat, sed extrinsecus significetur, quia Ecclesia in judicio fori externi non judicat de internis, nec punit solas cogitationes *c. cogitationis. 14. de Penit. dist. 1.* Unde talis haereticus pure mentalis à quolibet Confessario absolvi poterit. III. ut actio externa,

quae verbo & opere se aliquis haeticum declarat, sit mortaliter mala, & fiat animo profitendi vel defendendi haeresim, prout in causa quaerenda instructionis alteri animi haeresim in animo conceptam detegit, non propterea excommunicationem incurret.

Sed quid si aliquis ab auditione Multae Confessione abstineat, aut in diebus praesentiae carnes comedat, ex intrinseco non vo haereticus, qui tamen hoc motum per verba non exprimit? *q. Si confitentis circumstantiis loci, temporis, & personae homines moraliter talem actum, vel confessionem actus pro signo aliquo haeretico vident, non evitabitur excommunicatio, nisi nihil interest, verbis an factus haeresim monstratur.* Sin autem consideratis circumstantiis morali hominum judicio nullus suspicio de haeresi; quia v. g. credentibus ede ex oblivione vel causa mortis, ut Missa omitti ex negligentia &c. non incurretur excommunicatio, licet interim haeticam intentio lateat, quia actus externus materialiter & quoad iudicium hominum haeticus nunc non existimatur malus, solus autem in ternus affectus non punitur iuxta dictam dicendum puto, si quis dicat, se non credit aliquem articulum fidei, sed id ab aliis per causam dictum accipiat.

Præterea in eadem Bulla *excommunicamus. 13. si credentes, haeticam* eadem excommunicatio reservata incurret haeticorum receptatores, fautores, & defensores: quae tamen verba ita accipiuntur, ut illi solum intelligantur, qui haeticis favorem & auxilium praestant, non qui in alijs negotiis cum ijs tractant, sed tantum haereticus est, ut haeresim suam docere & defendere, aut manibus succurrere possit, quamvis de coetoro ipsi receptatores fidem haeticam non habeant.

causa forsan amicitia eum recipiant, argum.  
l. 2. ff. de Receptoribus. Duæ tamen li-  
mitationes adduntur à DD. *primo*: nisi per-  
sona recepta sit valde conjuncta, ut Paris aut  
filii, iterum argum. d. l. 2. *Secundo* ut tunc  
solum procedat excommunicatio, si ex re-  
ceptione, vel favore malus effectus secutus  
sit, & hæresis propterea magis diffusa, vel  
hæreticus judicium effugerit.

Uterius ex dicta *Bulla Cœne* excommu-  
nicatione reservata damnantur, qui hæreti-  
ci librum hæresin continentem, vel de religi-  
one tractantem sine Apostolica Sedis licen-  
tia scilicet legunt, retinent, imprimunt, vel  
quomodolibet defendunt. Ut autem sciatur  
Catholici, quos libros evitare debeant, de  
mandato summorum Pontificum certus in-  
dex librorum prohibitorum editus est.

Circa tamen indicem advertere oportet,  
duas esse classes librorum prohibitorum, in  
prima classe ponuntur omnes libri hæretici,  
& de Religione ex Instituto tractantes,  
quævis fortassis nullam manifestum erro-  
rem contineant: sufficit enim, quod ab hæ-  
reticis conscripti, ideò periculosi sint atque  
huius primæ classis libri omnes sub excom-  
municatione reservata prohibentur. In al-  
tera verò classe ponuntur illi libri à quibus-  
cunque conscripti, qui licet hæresin non con-  
tineant, aliunde tamen scandalosam doctri-  
nam, aut bonis moribus repugnantem tra-  
dunt: & isti, si in indicem librorum prohibi-  
torum nominatim relati sint, excommuni-  
cationem quidem annexam habent, non ta-  
men reservatam; imò in Germania indicem  
quoad secundam classem non esse receptum,  
ait Paulus Layman. in *Theol. moral. lib. 2.*  
*tract. 1. cap. 15. sub num. 8.* quod fortassis  
verum est circa pœnam excommunicationis,  
non autem utique ratione peccati, quod ple-  
rumque ob periculum perversionis aut malæ  
delectionis ex lectione talium librorum  
committitur.

Illud verò communiùs notant Doctores: 10  
quod libri ab hæreticis conscripti ex usu  
præsertim Germania tunc solum prohibiti  
sint, si ex Instituto de Religione tractent, non  
autem si de materia indifferenti v. g. de Jure,  
Medicina, Philosophia aut aliis, licet quan-  
doque obiter aliqua hæretica inserant. Item  
quod parvitas materiæ (quam potiores ad  
lectionem tuius paginæ in libro hæretico  
constringunt) à censura excuset.

Porro absolutio ab ista excommunicatione  
ne propter hæresin lata principaliter quidem  
ad summum Pontificem spectat: si tamen  
hæresis externo opere aut verbo expressa  
fuerit occulta, sive à paucis cognita (quod  
aliqui ad decem personas restringunt) penes  
quos non sit probabile divulgationis pericu-  
lum, etiam Episcopo absolutio conceditur,  
in Conc. Trident. *Sess. 24. de Reform. c. 6.*  
Licet verò multi doceant omnem faculta-  
tem in Concil. Trid. datam Episcopis absol-  
vendi ab hæresi sublatam esse per Bullam  
Cœnæ, quæ indistincte istam absolutionem  
Pontifici reservat: nihilominus cum Bul-  
la Cœnæ generaliter loquatur de hæresi,  
Concilium autem specialiter de hæresi, &  
aliis delictis occultis in communi, in omni  
autem jure generi per speciem derogetur,  
& leges generales cedant specialibus; ideò  
probabilius credo per Bullam Cœnæ jus  
Episcoporum ademptum non esse cum illis,  
quos allegat Barb. in *Collect. ad d. cap. 6.*  
*Trid. sub num. 32. vers. contra.* Quod  
si hæresis purè mentalis & interna fuerit,  
nullo externo verbo aut opere demonstra-  
ta: vel si ex ignorantia solum hæreticum  
aliquid ceciditum sit, jam superius dixi-  
mus, nullam inde ex communiore sententia  
incurri excommunicationem, & propterea  
ejus absolutionem cuiuscunque Confessa-  
rio competere. Denique ex privilegiis  
& indultis particularibus plerique Epi-  
scopi,



rita ipso jure: excipitur collatio Ordinum, quæ servatur substantialibus valet, licet ordinatio fiat irregularis.

1. Etiam alia Sacramenta ab eis collata valent; excepti penitentia.

2. Inobediens S. Pontifici vel Episcopo quando non sit schismaticus?

**S**chisma græcum vocabulum est, & ibidem quod *scissura* significat: committitur enim *schismatis* peccatum, cum aliquis se segregat ab Ecclesiâ universalis unitate, prout ea est corpus mysticum ex diversorum flatuum fidelibus tanquam membris inter se, & sub uno capite Christo ejusque in terris Vicario annexis.

Dividitur schisma in *purum* & *conjunctionum cum heresi*. Schisma autem *purum* non opponitur fidei, sed charitati & pacti, quando scilicet aliqui ex sola malitia voluntatis nolunt summo Pontifici quâ tali obedire, vel reliquis Ecclesiæ membris uniti esse, v. g. si certum aliquod regnum constituat sibi Episcopum, vel Patriarcham, cui in spiritualibus obediat, aut alios speciales Religionis cultus adhibeat, & non obtemperet mandatis summi Pontificis, quamvis de cætero non neget Pontificatum Romanum vel alios fidei articulos.

*Schisma* conjunctionum cum heresi est, quod præter separationem ab Ecclesiâ infusa in fide dissentit, ut quia negat Romanum Pontificem esse Christi Vicarium, & Ecclesiæ caput, vel Eucharistiam legitime suo una tantum specie distribui &c.

Verum quamvis hæc distinctio speculative tantum procedat, practice tamen vix unquam dari purum schisma, testis est D. Hieronymus in *c. inter heresim. 26. causâ. 24. q. 3. nullum enim schisma*, inquit, *non aliquam sibi confugit heresim, ut recte ab Ecclesiâ recessisse videatur.*

Penam schismaticorum est excommunicatio reservata in Bulla Cœnæ *casu. 1.* quam

tamen aliqui existimant non extendi ad fautores, & receptatores, sicut circa hæreticos; cum id Bulla circa schismaticos non exprefert, in poenibus verò non sit extensio faciendâ, *c. odia. 15. de R. J. in 6.* Sed hoc fortassis verum est de excommunicatione reservata, quòd autem fautores & auxiliatores schismaticorum incurrant excommunicationem (quam purat Gloss. non esse reservatam) non obsecrè habetur, *in c. unic. circa fin. hoc tit. in 6.*

Licet verò Clerici schismatici tempore, quo in schismate versantur, sint excommunicati, & consequenter suspensi ab executione ordinum, & si parati non sint se corrigere, possit in eos poena depositionis proferri, *arg. c. qui contra. 32. causâ. 24. q. 1.* Post peractam tamen poenitentiam, & abjuratum schisma ab irregularitate eos exulat Barb. *in c. 1. h. 1. n. 5.* eò quòd irregularitas non contrahatur sine jure expresso. *c. is, qui. 18. de Sent. excommunicat. in 6.* quam sententiam intelligo, nisi Clerici in schismate celebraverint: nam celebrans post suspensionem efficitur irregularis, *c. 1. vers. siturus. de Sentent. & re judicata. in 6.* Deinde cum, ut superius dictum, plerumque schisma habeat adjunctam heresim, ideò quæ de hæreticorum poenis tradidimus, etiam huc accommodari poterunt.

Præterea gesta à schismaticis circa collationes ordinum, beneficiorum, alienationes rerum Ecclesiasticarum, vel alia, quæ jurisdictionis Ecclesiasticæ sunt, declarantur irrita *in d. c. 1. hoc tit.* Attamen circa collationem ordinum distinguendum est, an schismatici adhibuerint substantialia illius Sacramenti, quibus utitur Ecclesiâ, vel non? Priori casu valet quidem collatio ordinum, sed ordinatus est irregularis, & non habet executionem sine dispensatione, nisi ignominanter à schismatico fuisset ordinatus: quo

Eee eee 3 casu



hinc ad tempus vagaretur sine licentia Ab-  
batum, fugitivus potius, quam apostata cen-  
setur.

Penam hujus apostasie tradit Miranda  
in *Manuali Prælat. tom. 1. quæst. 11. c. 2.*  
Quod juxta privilegia Regularium tam Re-  
ligiosus apostata, etiam si habitum retineat,  
quam ille, qui eum recipit, occultat, aut  
ascendit, excommunicationem incurrat.  
Notanter autem dico: *juxta privilegia*  
*Regularium*: nam in corpore juris com-  
munis non est quidem dubitandum, quin ta-  
lis Religiosus possit & debeat apprehensio-  
ne corporali, vel aliis mediis compulsoriis  
deficientibus per censuras Ecclesiasticas  
cogad Religionem redire. *c. quanto 7. de*  
*Offic. Jud. Ordinari. & c. ult. de Regulari.*  
Id quod ipso facto ante sententiam judicis  
ipso si habitum retinuerit, vel ejus fautores  
excommunicationem incurrant, non repe-  
tio expressè constitutum, & ideo, quia talia  
particularia privilegia non obtenta in jure  
communis paucis sunt cognita; imò fortassis  
non singulis Ordinibus concessa, plerumque  
ignorantia à tali excommunicatione excula-  
re potest, *argum. c. 1. & 2. de Constitut. 6.*  
Hoc autem habetur in *c. 2. Ne Clerici vel*  
*Monachi in 6.* quod Religiosi temerariè  
dimittentes habitum suæ Religionis ipso  
facto sententiam excommunicationis (quæ  
tamen non est de reservatis) incurrant. Dici-  
tur vero *temerariè dimittentes*: id est,  
causa evagandi, ut insinuat in *princip. d. c.*  
*2. vel alias excomemptu.* Secus autem, si  
dimisso habitus fiat ex aliqua causa, v.g. so-  
mni & quicquid, balnei & infirmitatis, colo-  
ris, &c. Imò etiam minus justam & hone-  
stam causam excusare ab excommunicatione,  
si ob eam ad breve tempus dimittatur ha-  
bitus, refert *Barb. in eodem c. 2. n. 8. & 9.*

Præterea licet in Concilio Trid. *sess. 25.*  
*de Regular. c. 9. in fin.* prohibeatur, ne ali-

cui regulari datur licentia occultè ferendi  
habitum suæ Religionis; quòd etiam ad  
eum casum extenditur, quo Religiosus vel-  
let habitum suæ Religionis cooperire habi-  
tu Clericali, *Clement. 2. de Vita & honest.*  
*Cleric. ibi Gloss. in verbo. extrinseci.* In-  
terim quia ista lex non divina, sed humana  
est, quæ non obligat cum gravi corporis pe-  
riculo, ideo condemnandi non sunt Religio-  
si, qui transeuntes per loca hæreticorum vel  
infidelium, ubi ipsis tale periculum immi-  
net, occultè ferunt habitum suæ Religionis,  
vel necessitate ita cogente profusus ad tempus  
aliquod deponunt.

Porro sicut Religiosi à Religione, ita Cle-  
rici ab ordine apostasiam committunt, qui  
habitum & tonsuram Clericalem deserunt.  
Non tamen reperitur excommunicatio ipso  
jure illata, sed ab Episcopo pro excessu puni-  
ri, & per censuras, vel alia media ad reassu-  
mendum habitum utique compelli possunt  
& debent; nisi fuerint Clerici in Minori-  
bus, quibus liberum est à Clericatu recedere.  
Alia autem poenæ, ut suspensio à beneficio,  
vel inhabilitas ad beneficia contra Clericos  
magis sæculariter, quam Clericaliter ince-  
dentes videantur in *d. Clement. 2. de Vita*  
*& honestat. Cleric.* Utrum verò Clerici  
dimittentes habitum & tonsuram hoc ipso  
perdant privilegia Clericalia, dicemus inferi-  
us in *Tit. de Sentent. excommunicat.*

Altera pars rubricæ hujus tit. est *de Rei-*  
*terantibus baptisma*: sunt enim certi hæ-  
retici Anabaptiste dicti, qui hominem se-  
mel in infantia baptizatum in adultiori æta-  
te, ubi ipse proficere fidem potest, denudò re-  
baptizant, quod grave sacrilegium cense-  
tur, & ideo de jure civili scienter rebap-  
tizans & rebaptizatus ultimo supplicio puni-  
untur. *l. 1. & 2. C. Ne sanctum baptis-*  
*ma reiteretur.* De Jure Canonico bap-  
tizans & baptizatus est irregularis, & Cleri-





ult. l. t. sed de consuetudine poena arbitraria & levior infligi solet pro qualitate culpa. Imò aliquando talem oppressionem prorsus carere culpâ refert Barb. in eod. c. ult. n. 2. Nav. in Man. c. 15. n. 13. si scilicet lectus sit satis amplius, & infans implacabilis, vel quia aliter à frigore defendi non possit.

## TITULUS XI.

## De Infantibus &amp; Languidis expositis.

## SUMMARI A.

1. Homicidis annuuntur exponentes infantes, & que eorum poena?
2. Expositus servus vel filius liberatur à potestate exponentis in quodammodo.
3. A quibus prestari debeant expositis alimenta?
4. Bona ab expositis vel languidis, à parentibus seu consanguineis desertis relicta, deserantur ad hospitale, vel eos qui eorum curam gesserunt, non ad hunc vel consanguineos.
5. Quando dominus famulo agrotanti teneatur ad alimenta, curam & salarium?

Um nihil interit, an occidat quis, vel causam mortis præbeat, teste J. C. in l. 15. ff. Ad l. Cornel. de Sicar. ideo homicidis non immeritò connumerantur illi qui eas personas, quibus alimenta, & curam in languoribus seu infirmitatibus suis prestare deberent, ut parentes liberis, vel liberi parentibus, exponunt, & derelinquunt, necare enim videtur, ait textus in l. 4. ff. de Agnoscendis liberis, non tantum is, qui partum præfocat, sed & is, qui abjicit, & qui alimenta denegat, & is qui publicis locis misericordie causâ exponit, quam ipse non habet. Poena hujus delicti præscribitur in Constit. poena Carol. V. a. 132. quòd mulier abiciens, vel exponens infantem poenâ extraordinariâ juxta consilium prudentum affici debeat, siquidem infans adhuc superstes sit; si verò propterea mortuus, juxta circumstantiam pericu-

losa expositionis, in corpore aut vita puniri.

De Jure Canonico poena est arbitraria, & præterea statuitur c. m. b. t. quòd filius familias à patre expositus liberetur ex patria potestate (in quantum scilicet est filio onerosa, non autem in quantum est favorabilis scilicet & quoad successione, alimenta dotem, &c.) libertus vel servus à Patrono vel Domino expositus in ingenuitatem & libertatem eripiatur.

Porro infantibus expositis, quorum parentes ignorantur, præstantur alimenta ab Ecclesia, si habet sufficientes redditus. c. aurum. 70. causâ. 12. q. 2. vel in hujus defectu à populo & communitate; nisi cum specialia loca & hospitalia pro talibus infantibus constituta sint.

Quòd si expositi vel languidi à parentibus, & consanguineis deserti, post mortem suam aliqua bona reliquerint, in illis hospitale, vel alius, qui eorum curam gessit, excluso fisco & consanguineis tanquam indignis succedit. Nov. 115. c. 3. Surdus de Alimentis. tit. 6. q. 18. n. 19. & quòd nutritor alicujus expositi expensas ab illis repetere possit, qui nutrire tenebantur, docet Stephan. Gratian. Disceptat. forens. c. 265. n. 41.

Quari hoc loco opportunè potest: an & quatenus famulo agrotanti teneatur dominus de necessaria cura providere? w. Communiter DD. sentire cum Bart. in l. si cum dotem. 22. §. sui autem. 8. ff. Solutio matrim. & Sylvest. in verbo familia. n. 4. non teneri dominum ex lege justitiae ad magnas expensas in Medicos pro famulo faciendas, sed tantum ad tenues & alimenta quotidiana, ita tamen, ut si defuncto dominus dives pro famulo majores expensas fecerit, neque contrarium protestatus sit, consueatur intuitu pietatis fecisse, nec repetere possit. arg. l. 1. & l. Alimenta. 11. Cod. de Negot.

fff fff

gestie.

*gestis.* Utrum autem eo tempore, quo famulus aegrotat, debeatur ipsi merces, tradidi in lib. III. in tit. de locato. q. 5. ubi affirmativè respondi per l. qui operas. 38. ff. locati. sed ne ista obligatio in iminentium & plures annos exereat, puto eatenus limitandam, ut procedat quoad illum annum tantummodo, quem famulus servire saltem inceperit, arg. l. post duos. 15. §. 1. C. De Advocatis diversor. judicior. Deinde dominus, qui fecit majores expensas in famulum aegrotu, poterit eas deducere juxta dicta.

## TITULUS XII.

### De Homicidio voluntario vel casuali.

#### SUMMARIUM.

1. Homicidium aliud voluntarium, aliud casuale, aliud necessarium: & voluntarium aliud directè, aliud indirectè tale.

**H**omicidium esse hominis occisionem, vulgò notum est. Eius species Compilator in hac rubr. duas tantum posuit, scil. quòd aliud sit homicidium voluntarium, aliud casuale; sed interpretes communiter tertiam speciem addunt, nimirum homicidium necessarium, quòd vel ex causa justitiæ, vel defensionis committitur. Sed & ista species non incongruè ad homicidium voluntarium referri potest, si homicidium distinguamus in licitum & illicitum.

Cæterum homicidium voluntarium aliud est directè & plènè voluntarium, quod ex proposito & intentione, opere, consilio, vel auxilio committitur. Aliud indirectè voluntarium, seu ut DD. loquuntur, volitum in causa, quando quis agit talem actum, ex quo facile prævidere potest homicidiu fecuturum, quamvis directè homicidium non intendat, ut si foeminam prægnantem percutiat, quæ deinde fetus animati abortum fa-

cit; si explodat sclopetum in loco, ubi plures homines transeunt, &c.

Homicidium casuale est, quòd nec directè nec indirectè est volitum; sine quòd nolo, nec culpa commissum est, sed mere casu accidit. Quando autem & qualiter puniatur homicidium indirectè voluntarium, vel si culpa calum præcesserit, dicemus infra, ubi de penis homicidii.

#### §. I.

In quibus casibus licitum sit homicidium.

2. Maleficus rectè jure Divino & humano non occiditur, servato tamen Juris ordine.
3. Jure vite & neci nec Dominus in servum nisi expressè permittitur.
4. An bannitum licet occidere?
5. Conditiones certæ requiruntur, ut hoc liceat.
6. Licentia occidendi præscriptum est & non nisi in gravi causa à magistratu concedenda, nec in sententiâ affirmatiâ facile est præstari.
7. Permissio Juris Civilis de occisione facinorosi deprehensæ, vel adultæ non præcedit nisi in Canonico, nec in confessoria.
8. Quomodo excusentur ab injuria Leges Civiles præfata?
9. Occidens seipsum ex vitio peccat, & tamen in externo merito puniatur.
10. Mutilatio membri proprii licita est ad confessionem nem vitæ, non autem castitatis.
11. Bonum est corpus castigare & affligere mortali, sed sine notabili vite periculo.
12. Ex speciali Dei inspiratione aliquando in ipsa peccato permittitur.
13. Indirectè sui occisio vel occisio permissa esse potest.
14. Occisio alterius ad defensionem sui vite est licita, cum moderamine tamen inculpate patulæ.
15. Milites, Nobiles & honeste persone non tenent fugere si invadantur: & quid de Clericis?
16. Invasus non tenetur expectare primum ictum aggressoris se legitime defendat.
17. Qualis paritas armorum inter invasorem & invasum requiratur?
18. Non tantum licet, sed etiam obligat charitas aliquando justitiæ est proxiimo ad injuriam percutiendum.
19. Filii ex naturali pietate tenentur subverti percuti: & quid de servis?

20. Quid interfit ea quæ ad defendendum proxi-  
mum ex iustitia, an charitate tenentur?

21. Pro defensione mixta rerum & persone licet occi-  
dere aggressorem.

22. Insuper defensionem solarum rerum seu fortunarum,  
an occidere liceat?

**Quæritur I.** an & quatenus authorita-  
te publicâ Magistratûs, superioritatis,  
vel domini licitum sit subditos aut  
servos occidere.

¶ Licitum est ex causa legibus compro-  
bata & authoritate publicâ maleficis, ho-  
minibus, prius legitime convictis, mor-  
tem inferre, ita enim non tantum ex profa-  
nis, sed etiam SS. Legibus & litteris proba-  
tur, ut *Exodi. 21. & 22.* præsertim ibi *vers.*  
*18. maleficos non patieris vivere.* Ubi  
etiam plura supplicia pro variis maleficis  
enumerantur, & *ad Rom. 13. v. 4.* ibi: ju-  
dex non sine causa gladium portat. *Dei*  
*enim minister est, vindex in iram ei, qui*  
*malum agit.* Nam cum hominum socie-  
tas corpus quoddam sit, planè, sicut in hu-  
mano corpore necessarium est, putrida mem-  
bra rescindere, ne reliqua inficiantur. At  
verò si non servato juris ordine Domini ty-  
rannidem in subditos exercent, sine dubio  
graviter peccant, & propterea jurisdictioni-  
bus suis per superiorem privandi sunt, sicut  
tradit *Mulling. Cent. 5. observ. 8.*

Licet etiam olim domini habuerint jus vi-  
tæ & necis in servos, postea tamen id eis am-  
plius concessum non est, juxta *l. 1. §. 1. ff. de*  
*her. qui sui vel. alieni juris sunt.* & hodie  
illa antiqua servitas inter Christianos in de-  
fectum abiit: unde hodie dominis in  
subditos non dominium propriè dictum, ser-  
vum ita loquar, patrimoniale, sed jurisdic-  
tionem tantum competit.

**Quæritur II.** An bannitum, cujus occi-  
dendi potestas cuilibet à Magistratu publicè  
concessa est, etiam in conscientia occidere  
liceat?

¶ Affirmativam sententiam esse valde

communem, cum enim Magistratus habeat  
potestatem occidendi malefactorem, ean-  
dem aliis rectè demandare potest, quando  
propter fugam rei per ordinarios Ministros  
exequendi occasio non est, lex autem supe-  
rioris & mandatum justum in foro externo,  
etiam in foro interno justum censetur, dum-  
modo adsint sequentes conditiones.

*Primo* ut talis occisio fiat ex zelo iustitiæ,  
non ex privata vindicta. *Secundo* ne fiat  
pendente appellatione, id est, eo tempore,  
quo reus appellationem à tali sententia ban-  
ni, seu proscriptionis interpositam coram  
superiorem prosequitur. *Tertio*, ne extra  
territorium proscribentis, arg. *l. ult. ff. de*  
*Jurisdic. omni. judic. & c. 2. de Constit.*  
*in 6.* *Quarto*, ut proscrip-  
tus non sit pater, filius, frater, vel conjunx,  
cui jure debentur alimenta, quem consequenter  
occidere natura abhorret, naturalia autem jura  
per civilia immutari non possunt, §. *sed na-*  
*turalia. 11. Instit. de Jure natur. gent.*  
*& civ.*

Verum ut ut sententia hæc communis sit,  
nihilominus *Mol. de Just. & jur. tract.*  
*3. disp. 7.* benè monet, quòd rarè & non ni-  
si ob gravem causam liceat Magistratui dare  
publicam potestatem cuilibet occidendi re-  
um; tum ob alia incommoda; tum quòd  
tales rei sacramentis destituti, in corpore &  
anima pereant, utique Christianæ pietati  
repugnat. Ita ex eadem ratione dicta sen-  
tentia affirmativa videtur mihi rarè in con-  
scientia practicabilis, excepto eo casu, quò  
ex vita malefactoris proscripti quotidianum  
periculum Reipublicæ immineret: tunc eni-  
m publica Reipublicæ salus ab occisione ta-  
lis hominis, sicut cujuscunque hostis ex-  
cusaret.

**Quæritur III.** an sicut de Jure civili pa-  
tri permittitur adulterum, vel filiam in adul-  
terio deprehensam occidere. *l. patri. 20. cu*

*FFF fff 2 seq.*

seq. ff. ad L. Inl. de Adulter. & cuilibet marito occidere adulterum, si persona vilis sit, deprehensum cum uxore (non tamen ipsam uxorem) L. Gracchus. 4. & ibi DD. C. ad L. Jul. de Adulter. ita id ipsum de Jure Canonico vel in foro interno licitum sit?

R. Negative, nam quod attinet ad jus Canonicum, hoc jure propter mansuetudinem ecclesiasticam non inferitur alicui poena sanguinis, & multò minus à privatis inferri permittitur, prout textus est ad propositum notabilis, in c. inter hæc 6. causa. 33. q. 2. Circa conscientiam ratio defumitur ex priori questione, quòd contra Christianam pietatem foret aliquem in corpore & anima perdere. Unde plerique DD. censent, dictas LL. Civiles non esse justas, si talem occasionem permittant positive: quòd nimis durum sit, inauditum & indefensum nec spiritualibus mediis munitum, à privatis occidi, & inde fieret, ut multoties ex sola suspitione homicidia contingerent. Secus si tantum permittant negative, id est, non approbando factum, sed condonando poenam propter nimium dolorem, prout in simili de jure Canonico non incurrit excommunicationem, qui in Clericum deprehensum cum matre, filia, uxore, vel sorore violentas manus injicit. c. 3. de Sent. excommunicat.

9. *Queritur* IV. An liceat se ipsum occidere vel mutilare?

R. Deum quidem omnia alia animantia subjecisse potestati hominis. Ps. 8. vitæ tamen & mortis humanæ potestatem sibi reservasse juxta illud Sap. 16. v. 13. *Tues Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem*, & J. C. in l. liber homo. 13. ff. Ad l. Aquil. inquit, neminem esse membrorum suorum dominum: quare qui seipsum occidit, vel mutilat, ordinariè non tantum grave peccatum contra charitatem sui committit, sed etiam injuriam Deo infert, tan-

quam usurpans potestatem Deo vel subdito ejus Magistratui competentem, propterea etiam in foro externo rectè puniatur, ut inferius dicemus. Dico autem, ordinariè: nam excipiuntur aliqui casus. U-

I. Vitandi majoris mali causa licet se mutilare, vel mutilationem procurare, nimirum ex mutilatione alicujus membrum possit liberari ex periculo vitæ, quod variis morbis contingere potest. Ratio est, nam licet homo non sit Dominus membrorum suorum, est tamen cultus & conservator, ergo à Deo omnia illi concessa intelliguntur, quæ ad custodiendum membra, atque rectè custodiri, si ad conservandum totius aliquam partem amputet, cum quod sit melius partem, quam totum perire.

II. Ut caro spiritui subiciatur, aqua virtutis & meritorum censetur, carum moderate affligere. juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 9. v. 27. *castigo corpus meum, ut in servitutem redeo* &c. cum modo factum fiat cum notabili vitæ vel membrorum periculo, quod peccaminosum potius, quam meritorium censetur. Unde ob tantam castitatem (quod olim quidam hæretici falso existimabant) minime licitum est, seipsum castrare, aut castrationem procurare, cum hoc non sit necessarium medium ad conservandam Castitatem, sed per orationes, Jejunia, aliaque pia opera conservari possit. c. 4. & 5. dist. 55. neque ille textus Evangelij Matth. 19. v. 12. *sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum celorum*, est intelligendus literaliter de castratione corporis, sed spiritualiter de voluntaria abstinentia corporis.

III. Excipitur, si ex speciali jussu, vel instinctu Dei causam suæ mortis aliquis probeat, quæ ratione SS. Patres excusant quædam sacras virgines, quæ timore voluntatis Castitatis in persecutionibus se in flammis pro-

capitavit. Item Samsonem, qui *Judic. 16.* concussis columnis domus se unicum Philistaeis oppressit. *cap. si non licet. 9. causa 23. quest. 3.*

IV. Excipiuntur, qui non directe ex proposito male voluntatis in suam mortem cooperantur, sed mortem ab alijs sibi injulte illatam permittunt, se non defendendo: pro ut SS. Martyres, item qui evitandi alicujus magni damni causa se in periculum mortis conjiciunt, veluti si effugiendo incendium aliquis ex alto desiliat &c. de quibus plura videri poterunt apud Lesi. *de Just. & Jure. lib. 2. c. 9.*

*Quaeritur V.* an & qualiter ob defensionem proprii corporis liceat alterum occidere?

R. Cum defensio sui jure divino, naturali, & humano permisa sit, atque vim vi repellere omnia jura, omnesque leges permittant, *cap. 3. de Sent. excommunicat.* ideo quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, alterum vulnerando, vel occidendo; tamen in alterius damnum fecerit, jure fecisse censetur. *L. 3. ff. de Just. & Jure.* ita tamen, si ut solemus loqui, *moderamen inculpate vires* non exceperit.

Consistit verò hoc *moderamen* in eo, quòd in valis arbitrio boni viri, consideratis loci, temporis, personarum circumstantijs, in valiori modo faciliore parcere non potuisset. Unde ulterius

*Notandum I.* Quòd homo nobilis, miles, aut alius etiam honestioris conditionis non teneatur fugere, si ab alio imperatur: quia hoc ei ignominiosum reputatur, & cum alter non habeat jus, eum de via depellendi, recte in ea persistere potest, & vim vi repellere, quae est communis sententia DD. cum Panorm. in *cap. olim. 12. de Restitut. spoliat. num. 17.* & satis colligitur ex *Constitutio-*

*nibus penales Caroli V. a. 14c.* Excipiunt tamen aliqui personas vilis conditionis, item Ecclesiasticas, quibus potius occisio, quam fuga ignominiosa censetur, quae sententia saltem in foro interno tutior est. Panorm. in *c. suscepimus. 10. hoc tit. n. 4.*

*Notandum II.* Quòd non teneatur in valis expectare primum ictum, si ex indicijs precedentibus satis certus sit de percussione alterius, sicut expressè habetur in *Constitutionibus penales cit. loco.* melius enim est intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedium quarere, ut in simili dicitur in *l. ult. Cod. In quibus causis restitutio in integr. necessaria non est.*

*Notandum III.* Quamvis DD. communiter velint, requiri ad *moderamen*, ut fiat conflictus paribus armis, nec in valorem inermem armis percuti posse, id tamen rectè explicat Nav. in *Manual. c. 15. sub n. 3.* ut procedat, si inter in valorem & in valium sit paritas in fortitudine, & conditione status. Quare damnandus non est, qui contra validum latronem cum fuste venientem selopetum explodit; vel nobilis, qui contra plebeum non pugno sed gladio se defendit, dummodò à maiori violentia, quam ad sui defensionem necessaria sit, abstineat.

*Quaeritur VI.* an etiam ad defensionem proximi liceat ejus in valorem occidere?

R. Cum mandatum divinum sit, proximum diligere, sicut seipsum, ideo non tantum licet, sed etiam quilibet Christianus obligatur, si commode possit, proximum ab interitu liberare: *scriptum enim est*, inquit Pontifex in *c. sicut dignum. 6. §. illi etiam. h. i. qui potuit hominem liberare à morte, & non liberavit, eum occidit &c.* Est autem hæc obligatio aliquando ex charitate tantum, quæ tenetur proximo; aliquando insuper ex justitia, & quidem rigorosè cum



furibus incognitis, ut tantò audacius delinquerent, si sine metu possent res aliorum auferre. Et confirmatur ex *c. dilecto. 6. de sentent. excommunic. in 6.* ubi Pontifex videtur supponere pro defensione rerum licere uti gladio temporali. Item ex *l. i. C. unde vi.* ubi rectè possidenti datur potestas, quam possessionem vi defendere contra alium vim inferentem.

Ad contraria responderi potest, & quidem ad *c. 2. h. t.* illa verba: *te tuaque liberando*, aliquando posse accipi disjunctivè, ut sensus sit: *te, vel tua, &c.* Ad textum verò in *c. suscepimus.* non incongruè dicitur, eum procedere, si res ablata fuerint vires, exigui momenti & damni, ut quia amittens alias opulentus est, vel si cognita perna raptoris potuerint per Judicem, licet fortassis non ita facile, recuperari.

§. II.

De Poenis Homicidii, & Obligatione compensandi damnnum datum per Homicidium aut vulnera.

SUMMARIUM.

23. Que pena homicidij de Jure Canonico, maxime in Clericis.
24. Que pena de Jure Civili.
25. In Homicidio indirectè voluntario infligitur pena arbitraria.
26. In delicto lata culpa non acquiritur dolo, ut in contractibus.
27. Non presumitur dolo, si quis occiderit aliquem ante ad mortem non usitatis.
28. An & quomodo ebrio imputetur Homicidium in ebrietate commissum: distinguuntur varii casus.
29. Ebrietas, que non totaliter usi ratione privat, excusare tamen potest à pena ordinaria.
30. Quid si plures ad aliquem occidendum interveniant?
31. Quid iuris, si vulneratum non statim, sed ex intervallo mortuus sit?
32. Et, qui occidit se defendendo, non servato moderamine, imponitur pena extraordinaria.
33. Occidens seipsum Jure Canonico privatur sepultura Ecclesiastica.

34. De Jure Civili ejus bona confiscantur: & quando hoc procedat?
35. Vulnerans seipsum quomodo puniatur?
36. Non obstante pena criminali homicide, seu vulnerantis debet satisfacere damnificato.
37. Impense in Medicos, & lucrum cessans quoque restitui debet.
38. Non solum vulnerata, sed etiam alii, qui inde damnium sentiunt, fieri debet restitutio: & quid de creditoribus?
39. Si ultimo supplicio reus afficiatur, an nihilominus fieri debeat satisfactio?
40. An pro vulneribus vel cicatrice debeat fieri satisfactio & n. 42.
41. In foro penitentiali homicide rectè imponuntur pia opera pro anima defuncti.
42. Occidens non servato moderamine tutela quatenus teneatur ad satisfactionem, & quid de duellante provocato.

Sicut ad principium hujus Tituli diximus, aliud homicidium esse *directè* voluntarium, aliud *indirectè*, sive quod idem, aliud ex dolo & proposito, aliud ex culpa commissum, ideo pro qualitate facti alia & alia poena statuenda est.

Quæritur ergò I. Quanam sit poena homicidii directè voluntarii?

19. De Jure Canon. Laicum excommunicari per sententiam judicis ecclesiastici, sicut notavit Panor. in *c. i. h. tit. n. 2.* Clericum verò deponi: & si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari, & si nec sic resipuerit, anathematizari. (i. e. solenniter excommunicari: nimirum circumstantibus Episcopum Presbyteris candelas tenentibus, quas deinde in terram projiciant, ac pedibus conculcent, juxta modum præscriptum in Rituali, & in *c. debent. 106. causa. 11. q. 3.*) Et demum crescente contumaciâ degradari & judicio tradi sæculari, secundum leges puniendum. *c. cum non ab homine. 10. de Judicis.* Solèr autem nunquam pro qualitate facti poena exasperari, ut Clericus homicida ad diuturnos, in d aliquando perpetuos carceres condemnetur.

etur. Praterea in Concilio Trid. *sess. 14. de Reform. c. 7.* statuitur, ut homicida voluntarius, quamvis occultus, nec in iudicio convictus nullo tempore ordinum vel beneficiorum ecclesiasticorum capax sit. Voluntamen DD. communiter apud Jul. Clarum. *§. homicidium. n. 21.* Clericum homicidam esse quidem inhabilem ad beneficia postea obtinenda, non vero ipso iure privatum beneficium prius obtentis, sed privandum per sententiam. Qualiter autem univrsim tam Laici, quam Clerici ex homicidio, vel mutilatione contrahant irregularitatem, sive inhabilitatem ad ordines & beneficia in *§. seq. dicemus.*

24 De iure civili *voluntarium* homicidium, siquidem ex ira & vindicta commissum sit, capitis amputatione punitur, si vero per insidias aut latrocinium, rota & crurifragium adhibetur. *l. 3. §. penult. ff. Ad l. Cornel. de sicar. junct. a Constitutione penali. Caroli V. a. 35.* Licet vero, in *d. §. penult.* ab hac poena excipiantur nobiles, & altioris conditionis homines, iisque poena deportationis & publicationis bonorum statuatur: tellatur tamen Mol. *Tr. 3. disp. 21.* multarum regionum usu & Nobiles ob homicidium *voluntarium*, pro qualitate facti capite puniri.

*Quaeritur II.* Qualiter puniatur homicidium indirecte voluntarium, sive culpa tantum commissum? v. g. si quis lapidem in plateam dejiciat, nec proclamaverit, vel bombardam in loco insolito exploserit, & ita aliquem ex transeuntibus occiderit.

25 *¶.* In similibus casibus, poenam utroque iure esse extraordinariam, & pro qualitate culpa, ac juxta consuetudinem loci pro arbitrio iudicis infligi, ita ut aliquando relegatio, aliquando poena pecuniaria aut carceris imponatur. Estque hic advertendum, quod licet in contractibus lata culpa dolo aequipa-

retur. *l. quod Nerv. 32. ff. Depositi.* Ita tamen in delictis, in quibus ad poenam ordinariam intelligendam non sufficit lata culpa, sed propositum, & directa voluntas occidendi requiritur; ut habetur in *l. 7. ff. de L. Cornel. de sicar.* adde *Constitutionem Carolinam. a. 150.* Unde ulterris non solo, sed culpa, & abique animo occidendi homicidium praesumitur (nisi aliunde animo occidendi appareat) si quis armis occidendum ordinarie non ulterris in alterum mortem causarit, veluti si alter alterum pugno, lapide, baculo, cantharo, calce, vel pede in rixa percussit, ac exanimis occisa sit, prout pluribus declarat *Franc. Oper. criminali. par. 5. Hon. consuet. n. 27. c. seqq.*

*Quaeritur III.* Quid dicendum de eo qui in ebrietate aliquem occidit?

*¶.* Et dico I. si ebrietas sit tanta, ut sensu rationis privet, non imputatur homicidium ebrio, quia deliberationem & propositum habere non potuit, sed magis attentati & furiosi similis est, quorum delicta puniuntur. *Clement. un. h. i.* idque probabiliter etiam ad eum casum extenditur, si quis voluntarie, sed sine intentione homicidii se inebriasset, deliquisset enim eum de inebriando quidem, non autem occidendo. *arg. c. inebriaverunt. 6. & c. sine. 2. causa. 15. q. 1.* Nec obstat vulgare dictum *causa est causa causati* &c. quia hoc intelligendum de causa directa, ex qua prosolet sequi malus effectus, sive homicidium, qualis non semper est ebrietas.

*Dico II.* Si quis propterea se inebriaverit, ut ad facinus audacior reddatur, iam concepto prius occidendi proposito, talis quoque nullam excusationem habet, sed pro homicida voluntarius censetur. Similiter neque eum a poena ordinaria immunitatis se, qui levi tantum ebrietate non privatur.



usu rationis oneratus occidit, docet Menoc' i. de Arbitrar. casu 326. n. 7. Interim non dubito, aliquando poenam minui posse, si ebrietas non quidem totaliter, notabiliter tamen, & majori ex parte usum rationis inverteat, arg. l. omne delictum. 6. §. 7. vers. per vnum. ff. de Re militari.

Dico III. qui solitus est in ebrietate rixari, & alios cadere, tenetur hanc occasionem evitare, & a vino abstinere: quare si se inebriaverit, & aliquem occiderit, dicitur homicidium saltem indirecte, seu in causa voluntarium, & culpabile commisisse. Lel. de just. & jure. lib. 4. c. 3. n. 16. idemque saltem poena extraordinaria sive arbitraria puniatur, non tamen ordinaria: quia eo tempore, quo homicidium factum est, dolus propter nimiam ebrietatem & antecederet deliberata & directa occidendi voluntas ex supposito absuit.

Queritur. IV. Quid si plures in occisione alicujus intervenerint, & nesciatur, ex cuius percussione, aut vulnere occisus interierit.

¶ Si ex proposito plures ad occidendum aliquem concurrerint, omnes ordinaria homicidii poena puniuntur, licet unus tantum occiderit. Constitutio Carolina. 148. c. si quis dignum. 6. §. illi. h. t. si vero in rixa causa oborta plures. v. g. strictis gladiis adfuerint, vel plures percusserint, sed unus tantum lethale vulnus inflixerit, nesciatur verò quis, neque per tormenta, aut alias probationes veritas haberi possit, volunt communitè DD. tali casu propter incertitudinem nullum capite, sed omnes extraordinaria poena puniendos esse: quia omnes aliquo modo rei sunt, vel propter auxilium prælitum, vel quòd mortem non impederint. Clarus Lib. 5. sentent. §. homicidium. n. 38. Covar. in Relecti. Clement. si furiosus. h. t. parte. 2. §. 2. n. 5.

ENGLIN DECRET. LIB. V.

Queritur V. Quid juris, si vulneratus per aliquod tempus vixerit, & ideo dubitetur, an vulnus inflictum fuerit lethale an potius ex imperitia Medicorum, inordinata vita, vel alio morbo superveniente vulneratus decefferit?

¶ Judici incumbere, ut mature vel per se, vel per delegatum adhibitis peritis Medicis & Chirurgis saltem duobus, si haberi possint, vulnus inspiciat, qui Medici & Chirurgi juramentum præstare debent, quòd suam opinionem sincerè edicere velint, ex quorum deinde Medicorum depositione, consideratis aliis quoque circumstantiis, iudex suam sententiam formabit. Constitutio Carolina. a. 147. Julius Clarus de loco. n. 43. ubi n. 44. ex Angelo & Gloss. in l. 11. C. de Emendatione servorum. refert. quòd vulneratus, qui ambulavit per triduum, vel qui vixit etiam in lecto decumbens ultra 40. dies, non præsumatur ex vulnere, sed aliis potius accidentibus interisse.

Queritur VI. Quà poenà sit afficiendus, qui aggressorem occidit, non servando moderamen inculpatæ tutelæ, cum ipsi fortassis in vitâ parcere potuisset?

¶ Quamvis nonnulli cum Bal. in d. l. 11. 32. Cod. de Emend. serv. putent ordinariâ poenâ afficiendum, eò quòd generaliter habens animum occidendi ordinariâ poenâ puniendus dicatur in l. 1. §. divus. 3. ff. Ad L. Cornel. de sicar. communiùs tamen receptum est, poenam esse mitigandam, & extraordinariam statuendam, eò quòd aggressor sibi imputare debeat damnum ex offensione alterius secutum, & ignoscendum aliquo modo sit in vaso & provocato, si non potuit in continentem iustam iram temperare. arg. text. in l. si adulterium. 38. §. Imperat. res. 8. ff. de Adulter. ibi: *difficillimum est justum dolorem temperare, & idco poena est mitiganda &c.* Similis textus habetur in l. 1. §. ult. ff. Ad L. Cornel. de Sicar. in l. qui

Ggg ggg

cum

*cum. 14. §. si libertus. 6. ff. de Bonis liberi-  
or. & docet Fach. Lib. 1. Controversiarum.  
c. 32.*

*Queritur VII. Quæ sit pœna occidentis,  
aut vulnerantis seipsum?*

- 33 *W.* De jure Canonico privatur sepulturâ  
Ecclesiasticâ, dummodò constet, quòd ali-  
quis sana mentis, & deliberatè se ipsum oc-  
ciderit, adeòque in statu malo & peccati de-  
cesserit, ut alibi de sepultura tradidimus.  
De jure Civili occidentis se ipsum bona fi-  
sco applicantur, si tamen duo concurrant. I.  
Quòd id fecerit metu pœnæ promeritæ, non  
ex impatientia carceris, tristitia, aut alia cau-  
sa &c. II. Quòd jam priùs crimen commise-  
rit habens annexam pœnam confiscationis,  
ut læsæ Majestatis, hæresis &c. sicut habe-  
tur in *l. ult. §. nem rescriptis. 2. ff. de Bo-  
nis eorum &c.* & clarius in *Constitutione  
Carolina. n. 135.* & tradit Fach. loco supra  
cit. q. 128. n. 77. Quòd notandum contra  
quosdam absolutè docentes bona occiden-  
tis seipsum semper confiscari.

- 35 Porro si quis se tantùm vulneravit, præ-  
fertim animo occidendi, videtur quidem  
alicubi præter infamiam etiã pœnam capi-  
tis statui, si scilicet ex merâ malitiã, non  
ex impatientiã doloris, luctu aut aliã causã  
fecerit. *l. si quis. 38. §. ult. ff. de Pœnis. l.  
omne delictum. 6. §. qui se vulneravit.  
7. ff. de Re militari.* magis tamen præcti-  
cam credo opinionem, quam refert Farinae.  
*d. loc. n. 34.* quòd vulnerans seipsum puniatur  
pro arbitrio judicis extraordinariè, si-  
cut vulnerans alterum.

*Queritur VIII. An & quatenus occisor,  
vel vulnerator teneatur illis, quibus per ho-  
miciidum, aut vulnus damnum dedit, com-  
pensationem pecuniariam facere?*

- 36 *W.* Cum pœna, quam occisor, vel vul-  
nerator in corpore sustinet, ad eum princi-  
paliter finem infligatur, ut injuria Reipu-

blicæ & legibus illata vindicetur, aliusque  
terror incutiat, idèò quantum ad læsum  
damnum alia satisfactio præstari debet.

Unde I. In æstimationem damni veniunt  
impensæ in Medicos & Chirugos, cum ge-  
neraliter in curationem vulneris factæ sūt.

*de Injur. l. quæ actione. 1. ff. Ad L. Ap-  
p. l. ult. ff. De his, qui decesserunt, &c.*

II. Si vulneratus ejus conditionis sit, ut  
quotidiano labore lucrum & victum quaerit,  
quo lucro jam propter vulnus careat, cum  
eo nomine compensatio faciendã sit. *l. ult. ff. De his, qui decesserunt, &c.*  
*l. ult. ff. De his, qui decesserunt, &c.*  
deducendæ tamen sunt expensæ, quas vul-  
neratus quaerendo lucrum fecisset, si in  
pingendo tabulam debuisset colores & cetera  
materialia emere, quia non est lucrum, quòd  
deductis impensis. Pro labore vero in ma-  
lestia corporis ex communiore sententiã ni-  
hil deducendum est, quia operarius libenter  
subit pro victu necessario & lucro talium la-  
borem, licet (cum labor correspondere de-  
beat mercedi aut lucro, si deduceret) pro  
rumque nihil restitueretur, tamen inveniunt  
vulnerator suo factò illud lucrum imputa-  
visset, quòd sine dubio iniquum foret. *Lib. 2. c. 9. dub. 19.*

III. Homicida tenetur resarcire damnum  
illis, qui ex homicidio per se, & directè lo-  
duntur, hoc est illis, quibus defunctum ad  
alimenta, vel rem aliam præstendam ex po-  
testatè obligatus fuit, quã nunc propter mor-  
tem ejus carere debent, prout sunt liberi,  
parentes, & uxor, quibus jus petendi ali-  
menta à defuncto competit. Item ex proba-  
bili sententiã creditores, qui propter  
suo debito defraudantur. Pro quanto tem-  
pore debeat fieri æstimatio alimen-  
torum, nisi in thesi certò determinari po-  
test: forsã enim occisus diu vixisset, for-  
san naturaliter, vel alio casu brevi tempore  
mortuus, idèò in qualibet hypothesi con-  
deratis circumstantiis personarum, æstima-  
tio

valetudinis, loci, & temporis iudex vel transactionem inter partes procurabit, vel per sententiam, quod sibi æquum videatur, restitui jubebit. Lessius d. loc. d. ubi. 20. Quod si liberti aut uxor ex bonis occisi pinguem hereditatem acceperint, utique ipsis nihil restituendum est, cum ex occisione potius lucrum, quam damnum sentiant. Deinde plurimorum locorum est consuetudo, quod si homicidia fuerit affectus ultimo supplicio, nihil amplius ab ejus hæredibus petatur, quasi damnum vitæ penâ talionis satis compensatum censetur. Ubi tamen nulla esset talis consuetudo, de puncto Juris communiori sententia id non obtineret, juxta dicta.

IV. Licet de jure non sit aliqua restitutio faciendâ per modum pretii pro ipsâ vita perditâ, vel membro amisso, vel cicatrice manente, cum corpus liberi hominis nullam recipiat estimationem, ut expressè habetur in d. lult. ff. De his, qui effuderint vel d. jecerint. & in l. 3 ff. Si quadrupes pauperiem &c. nihilominus ob injuriam illatam & dolorem perpeßum poterit iudex reum in aliquam quantitatem pecuniæ condemnare, eamque læso applicare.

Similiter V. Quamvis communiter sentiant DD. quod non teneatur occisor pro animâ defuncti ex justiciâ preces, vel alia pia opera offerre; tùm quod res diversi ordinis & generis non veniant in commutationem, adeoque nec res spiritualis pro amissâ re temporali & vitâ; tùm quod incertum sit, an occisus in tali statu decesserit, ut piis operibus viventium egeat, vel juvari possit: recte tamen facturum Confessarum si in foro penitentiali homicidam pro majori satisfactione ad talia opera pia pro anima defuncti obliget, docet Layman. in Theolog. moral. de Injuria Lesione corporis. c. 6. sub. n. 2.

VI. Etiam tunc cicatricis aut deformitatis compensatio faciendâ est, si contingat in

fæmina, quæ propterea difficilius nubat, nisi dote aucta, talis enim fæmina verè damnum patitur pretio æstimabile.

VII. Etiam ille ad restitutionem hæc-<sup>43</sup> nus recensito modo tenetur, qui invasorem occidit, vel mutilavit non servato moderamine inculpatæ tutelæ, cui scilicet sine occisione vel mutilatione parcere potuisset contra sui periculum, ut præcedenti s. diximus, quem tamen aliqui valde probabiliter non in totum damnum, sed juxta proportionem injusti excessus condemnant; si verò occisor non fuerit insperato invasus, sed expressè ad fatale duellum provocatus ab occiso, cum communiter DD. à restitutione excusant, quamvis duellando & occidendo peccaverit, quia occisus per provocationem intelligitur ipsi dedisse potestatem inferendi damnum, quatenus potuerit. Laym. & Less. cit. locis & pluribus ibidem allegatis.

Cæterum si homicidium non sit dolo, sed culpa commissum, qualis tunc culpa ad restitutionem sufficiat, & si occisor fuerit mortuus antequam in judicium vocatus, an tunc hæres ejus ad compensationem damni teneatur, inferius in Tit. 30. de Injuriis & damno dato dicemus:

§. III.

De Irregularitate, quæ contrahitur ex homicidio, vel mutilatione.

- 44. Quid sit irregularitas?
- 45. Quare ex homicidio oritur irregularitas?
- 46. Esi originem habeat ex iure divino Vet. Testamenti, tamen in novo est tantum iuris Ecclesiastici.
- 47. Nunquam incurritur irregularitas, nisi ubi in iure expressum est.
- 48. Dans operam rei licite probabiliter non incurrit irregularitatem, nisi ex culpa lata.
- 49. Reprobatur quorundam scriptulus circa periculum irregularitatis in levandis ægri.
- 50. Quando illicito rei operam danti ad irregularitatem imputetur homicidium præter intentionem secutum?

51. Mutilatio in materia irregularitatis debet strictè accipi pro amputatione membri.

52. Quid nomine membri hic significetur?

23. Mutilans seipsum etiam in minima parte irregularis fit.

54. An vulnerans incurrat irregularitatem, si vulneratus ex alio accidente sit mortuus?

55. Qui occidit ad defensionem necessariam suæ vel alterius vite non fit irregularis.

56. Quid dicendum si ad defensionem bonorum occiderit?

57. Pugnantes in bello injusto sunt irregulares, etsi neminem occiderint.

58. In bello iusto tantum ii, qui propriam manum occiderint vel mutilaverint.

59. Qui contra Invasores Reipubl. necessitate coacti pugnant, irregulares non sunt.

60. Clerici adhoritantes ad pugnandum in bello iusto irregulares non sunt.

61. Iudices & alii cooperantes ad iudicium sanguinis sunt irregulares: non autem nudi spectantes.

62. Clerici sine metu irregularitatis civiliter agere possunt contra suos malefactores: cum protestatione tamen.

63. Clerici, qui habent jurisdictionem criminalem per alios sine irregularitate exercere possunt: & per se etiam majorem poenam in minorem commutare.

64. Episcopi dispensare non possunt in irregularitate ex homicidio voluntario, etiam occulto, proveniente, aut aliis ad iudicium jam deducto. Bene in mutilatione & homicidio tantum culpabili.

44. **I**rregularitas hoc loco nihil aliud est, quam inhabilitas, sive impedimentum ad Ordines Ecclesiasticos suscipiendos, vel susceptos exequendos. Dicta est *irregularitas*, quasi *exceptio à regula*: cum enim omnes regulariter SS. Ordines suscipere possint, ideo qui specialiter excipiuntur & prohibentur, *irregulares* nominantur.

45. Causa hujus *irregularitatis*, quæ oritur ex homicidio, vel mutilatione, non est, tantum poena delicti, sed *defectus mansuetudinis & lenitatis*: indecens enim videtur, ut qui alienum sanguinem fuderint, Christi mitissimi proprium sanguinem pro nobis effundentis personam in Altari repræsentent,

hostiam immaculatam: & incruentam Deo Patri offerentes. Unde fit, quod hæc irregularitas non tantum ex homicidio dolo vel lata culpa, sed levi, imò nonnunquam hoc commisso contrahatur, ut mox declarabimus.

Porro hæc *irregularitas* originem suam dem habet ex Jure Divino Vet. Testamenti ubi Deus noluit acceptare adificationem templi, & Sacrificationem à Rege Davide, eò quod multum sanguinem effudisset, & plurima bella bellasset, sed à filio suo Salomone quietissimo, sicut *Lib. 1. Paralip. 22.* dicitur. Verum quia illæ leges ceremoniales Veteris Testamenti tanquam umbra & præfiguratio Novi Testamenti per adventum Christi expirarunt. *cap. 1. ult. ult. de Purific. post Parium.* ideo illa irregularitas, & si quæ alia ex caeremoniis veteribus non per Christum ipsum, sed per Pontifices in Ecclesia receptæ sint, non amplius ex lege Divina, sed Ecclesiastica tantum & humana obligare censentur. Ex quo ulterius sequitur, quod sicut in aliis legibus Ecclesiasticis Pontifex potest declarare, dispensare, vel relaxare, ita etiam in hac lege irregularitatis. Illud quoque advertendum est, in tali casu incurri irregularitatem, nec per defensionem, aut interpretationem in dubitandam esse, nisi quatenus in Canonibus expressum habetur. *c. 18. de Sent. excommunicat. in 6.* His igitur fundamentis præmissis circa speciales casus

*Queritur I.* An ex omni prorsus homicidio vel mutilatione quomodocumque contingente inducatur irregularitas? *no.* Non esse dubium, quin ex occasione directe voluntaria & dolo commissa irregularitas sequitur. At verò si absque dolo ex facto dolo, prater intentionem eveniat homicidium vel mutilatio, distingui solet, an occidens vel mutilans dederit operam rei licite, an rei illicitæ? Si licita rei operam dederit, non

probabilis sententia videtur, quam tradit Paulus Laym. loco supra cit. c. 10. n. 4. cum alius ibid. quod secutum homicidium, vel mutilatio non aliter imputetur ad irregularitatem, quam si occidens, vel mutilans culpam latam commiserit, id est, in præcavendo aliquo periculo eam diligentiam adhibere neglexerit, quam communiter omnes boni homines adhibere solent, etsi alii putent etiam culpâ levi in tali casu contrahi irregularitatem. Ratio verò assignari potest, quòd cum hoc casu circa culpam ad irregularitatem requisitam aliquid in specie in iure expressum non habeatur, idèò irregularitas tanquam aliquid odiosum & pœnale, ac impedimentum à SS. Ordinibus, potius restringenda, quam interpretatione extendenda sit. *Concl. c. odia. 15. de R. J. in 6.* Exempla pro ista parte habentur in c. dilectus. 13. cum tribus segg. h. t. qua ibi videri poterunt. Præsertim autem reprobandus est quorundam scrupulus, qui vulnerato vel ægro subvenire recusant levando, ne si fortassis inter eorum manus expiret, ipsi accelerasse mortem & propterea irregulares censentur: si enim irregularitas oritur ex lenitatis defectu, sanè ex ejus contrario, scilicet ipsa lenitate actus misericordie & charitatis Christiane oriri non potest. Nec est verisimile, quòd Pontifices voluerint per introductam irregularitatem tollere charitatem.

Si rei illicitæ opera data sit, hoc est, factum, ex quo mors alicujus præter intentionem secuta est, ex se fuerit illicitum, & prohibatum agenti, commune habetur dictum, quòd danti operam rei illicitæ imputentur, que sequuntur, licet diligentiam habuerint in præcavendo damno, sicut notatur in summario super c. continebatur. 8. c. suscipimus. 10. c. tuanus. 10. h. t. Verum etiam istud dictum explicat Cov. in Relict. Clement. si furiosus. parte 2. §. 4. n. 10. ut

homicidium casuale danti operam rei illicitæ tunc ad irregularitatem imputandum sit, quando actus ille illicitus ex sua natura est ordinatus vel periculosus ad læsionem alterius, atque ex eo si non semper, saltem frequentèr soleat homicidium, vel mutilatio consequi: veluti si quis jaculetur, aut deiciat gravia pondera in locum, per quem passim homines transire solent, si imperitus chirurgiam, vel medicinam exerceat spe lucri, & per modum professionis ordinariæ (secus putarem, si quis in casu necessitatis extremæ & in defectu peritorum ex misericordia medicamentum, quod putavit expedire, adhibuerit) imperitia enim culpæ annumeratur in his, qui artem aliquam profitentur. §. 7. c. ibi DD. Instit. de L. Aquil. Econtra si actus ex alio fine fuerit illicitus, non inducitur irregularitas, si per accidens & casualiter contingat homicidium (nisi alio modo agens in culpa saltem levi fuerit.) Unde non erit irregularis, qui gladium furto ablatum alteri bono animo donat, si donatarius ex postfacto illo gladio aliquem occidat, vel si Clericus, de quo exemplum ponitur in c. dilectus. 13. h. t. domi suæ arrestatus contra præceptum judicis foras equitaret, & equus effrenis factus aliquem obviantem occideret.

Quæritur II. Quid veniat nomine mutilationis? Cum in ordine ad irregularitatem passim in Jure homicidio annumeretur mutilatio, ut in c. 1. de Clericis pugnabit. c. ult. h. t. in 6. c. Clement. un. eod. tit. Idèò sciendum est, ex communi DD. interpretatione hunc terminum mutilare in materia pœnali esse propriè & strictè accipiendum, ut significet totalem membri amputationem, sicut colligitur ex c. Clericis. 5. Ne Clerici vel Monachi &c. c. in Archiepiscopatu. 4. de Raptor. Et propterea non sufficiat ad irregularitatem, si quis tantum alteram vulneraverit, aut membrum inutile

Ggg ggg 3 red-

reddiderit. Præterea plures docent cum Sylveſt. *in verbo Homicidium. §. 10. n. 4.* & Coy. *in Reſc. Clement. ſi ſuri ſus. h. t. par. 3. in princ. n. 8.* Quòd nomine membri intelligi debeat totum organum, ſive corporis pars aliqua principalis peculiarem in corpore functionem obtinens, ut manus, pes, oculus &c. & proinde excuſari poſſe ab irregularitate, qui alteri tantum unum digitum, & ita tantum partem membri, vel auriculæ cartilaginem abſciderit. Addit tamen Sylveſter *d. l. c.* aliquam exceptionem, quòd ſcilicet per vulnerationem, debilitationem, aut digiti abſciſſionem, tunc quaſi jure talionis aliquis fiat irregularis, ſi alter propterea inhabilis ad Ordines redditus ſit, ut quia notabiliter deformatus eſt, vel pollicem aut indicem amiſit: ſed non exponit hujus exceptionis ſpeciale & expreſſum Juris fundamentum. Illud certius eſt, quòd mutilans ſeipſum ex iracundia vel impatientia irregularis fiat, in quacunq; parte corporis ſeipſum mutilaverit, ut ex clariſſimis Juris textibus diximus *in Lib. I. in Tit. de Corpore vitiat. ordinandis, vel non*: quia major eſt deformitas & magis infamis actio in vulneratione ſui, quàm alterius.

52 *Quæritur III.* quid ſi vulneratus fuerit mortuus, non quidem immediatè ex vulnere, ſed vel ex imperitia medicorum vel morbo, aut alio caſu ſuperveniente, an tunc ſaltem vulnerans cenſetur irregularis? *¶* Si mors ſecuta ſit occasione vulneris, quamvis non immediatè ex vulnere, ut quia febris, aut inflammatio ſupervenit, quam imperiti Medici curare non potuerunt, vulnerans erit irregularis: danti enim operam rei illicitæ imputantur, quæ ſequuntur. *c. de cetero. 11. §. c. ad audientiam. 12. h. t.* Si verò mors contigerit proſus à cauſa extrinſeca, veluti ſi etiam lethaliter vulneratum alius omninò occiderit, vel ſi vulnus fuit leviffimum, &

nullo modo periculoſum; Medicoſus vel ipſe æger nò civum medicamentum abſciderit, huſ & ſimilibus caſibus vulnus nullam contrahet irregularitatem *d. l. ad audientiam. in fine.*

*Quæritur IV.* An homicidium ob deſenſionem corporis, vel rerum ſuarum commiſſum inducat irregularitatem? *¶* Certum eſſe, quòd in vaſus ab altero, cui immenſæ periculum, ſi invalorem mutet, vulnerat, nò fiat aliter irregularis, quàm ſi multum inculpata tutele excellat, quàm deſenſionem neceſſarium fuerit. *Clement. un. h. t. idemque dicendum cum Coſ. in Reſc. ejuſdem Clement. par. 3. h. t. un. n. 5.* & Barb. *de Officio Epifcopi. c. 1. §. 1. n. 10.* De illo, qui ob deſenſionem ſui proximi ejus aggreſſorem ſervato munitamine occiderit, cum ad talem deſenſionem quandoque ex charitate, quandoque ex juſtitia obligetur juxta ſuperius dictum *§. 1. q. 6.*

Verùm non æquè expeditum eſt, an irregularitatem incurrat, qui ad deſenſionem bonorum raptorem occidit?

Etenim de jure antiquo affirmativè certa fuit propter textum *in c. ſiſcepianus. 10. in c. ſignificati. 18. §. c. petrus. 2. q. 1.* & cum in *d. Clement.* tantum ille excuſetur, qui mortem aliter vitare non valens occidit aut mutilat adverſarium, non videtur habere locum hic vulgatum maximè, quòd *exceptio ſi met regulam in c. 1. bus non exceptis*, & conſequenter eſſe regularem, quicunque vel relinquendo vitare potuiſſet mortem evitare, ut notat *Coſ. ibidem. & in allegariis capitulis.*

Nec obſtat, quòd homicidium ſine cauſa commiſſum excuſet ab irregularitate, quia autem homicidium ob deſenſionem quandoque ſit licitum, adeoque ſine culpa per ea, quæ diximus in *§. 1. q. 7.* quia reſpon-

deri potest tantum homicidium casuale, quod est sine culpa, & praeter intentionem excusare ab irregularitate, non autem homicidium, etsi licitum, ex intentione commissum, sicut in Iudice ferente sententiam sanguinis paulo post dicemus.

Quare ipse puto eandem sententiam affirmativam esse hodie etiam tutiorem cum iis, quos allegat, & sequitur Paulus Laym. in *Theolog. Morali. de Injusta lesione corporis. c. 9. num. 3.* ubi ex Nav. refert ita de Ilyo Curia Romana servari. Videri tamen poterunt pro contraria sententia Covar. d. 9. m. num. 6. & Castro de L. penali. lib. 2. cap. 14. quorum sententia non destituitur omni probabilitate eo saltem casu, quo delictum fuit mixta rei & persona, & agebatur de magna quantitate bonorum ad sustentationem sui & suorum necessaria: cum enim bona secundum sanguis & vita hominis dicuntur per Gloss. in l. advocatos. 2. Cod. de Advocatis diversorum. Ideo sicut in conservatione vitae, ita etiam bonorum videtur Clement. ut potest in re favorabili, interpretationem recipere posse.

**Queritur V.** an & quando Milites censentur irregulares? *xy.* Quamvis in cap. 1. & 4. dist. 51. generaliter Milites à SS. Ordinibus prohibeantur, nihilominus sequens interpretatio recepta est. Et

**Dicendum I.** milites pugnantes in bello multo ex quo caedes factae sunt, fieri irregulares, licet ipsi propria manu neminem occiderint, idemque est, quoties etiam extra bellum plures concurrunt consilio, vel auxilio ad minus hominis occisionem, qui omnes irregulares fiunt, quamvis unus tantum occiderit. c. sicut deo. num. 6. §. ult. b. t. c. quod in dubio. 5. de Paris.

**Dicendum II.** qui in bello iusto pugnarent liberè & spontè, gratis vel pro stipendio: nec denum irregulares fieri, si aliquem

propria manu occiderint, vel mutilarint (vulneratio autem non sufficit juxta dicta superius. q. 2.) licet fortassis ex postfacto in periculo vitae constituti id fecerint; quia Clement. un. b. t. tantum illos excipit, qui mortem evitare non valentes occidunt; tales autem potuissent evitare non dando nomen militiae: unde liberè censentur se periculo homicidii exposuisse, atque ideo perfectè lenitate carere.

Quò si dubitent, an in tumultu bellico aliquem occiderint, & pro parte affirmativa sint verisimiles conjecturae; in tali dubio tutior via tenenda est, & ab Ordinibus usque ad dispensationem abstinendum. cap. peritio. 24. b. t. Si verò leve tantum sit dubium, videtur melior esse conditio possidentis jus accipiendi Ordines.

**Dicendum III.** qui contra invasores Reipublicae vel civitatis necessitate coacti pugnare, cum sint in periculo vitae, irregulares non fiunt, quamvis occidant. arg. sepe d. Clement. un. b. t. Non obstat d. c. peritio. b. t. quia explicari potest de Clericis sine necessitate pugnantibus, quando potuisset locus defendi per Laicos.

**Dicendum IV.** Clericos non fieri irregulares, qui in bello iusto hortantur, & invitant milites ad fortiter pugnandum, quamvis multae caedes fiant, teste Barb. in d. c. peritio. n. 2. arg. cap. iur. 7. c. omni timore, & c. hortatur. 10. causa 23. q. 8.

**Queritur VI.** an etiam ob homicidium publicae auctoritate factum contrahatur irregularitas? Resp. ex communi & recepta DD. sententia irregulares fieri Iudices, Assessores, Accusatores, tabelliones, dictantes publicantes sententiam, aut litteras, executionem homicidii, vel mutilationes continentes, & generaliter alios ad executionem, huiusmodi juvantes (non verò spectantes, qui ad mortem alterij nec directè nec in-

directè

directè cooperantur.) Textus & DD. c. Clericus. 5. & c. sententia. 9. Ne Clerici vel Monachi. & c. Nav. in Manuali. c. 27. n. 212.

62. Notabile tamen est, quòd etiam Clerici sine metu irregularitatis possint agere civiliter contra suos malefactores ad compensationem damni, vel restitutionem rei ablatae cum protestatione, quòd hoc non faciant ad poenam seu vindictam, quamvis deinde Judex ex officio poenam sanguinis irroget, ne detur malis hominibus occasio res Clericorum liberè depraedandi, si scirent, se ab iisdem propter metum irregularitatis accusari non posse, sicut expresse habetur, in c. 2. h.
63. t. in 6. Item Clerici, qui simul sunt domini, & Principes temporales, non possunt quidem ipsi personaliter dignoscere & judicare in causa sanguinis, possunt tamen easdem causas alijs suis officialibus delegare, & in genere jubere, ut fiat justitia. c. 7. Ne Clerici vel Monachi. in 6. poenas quoque à suis Judicibus statutas moderari possunt, & v. g. rotam pro merito poenam gladij dictare: quia haec non est condemnatio ad mortem (quae jam antea à Judicibus saecularibus supponitur facta) sed remissio & actus misericordiae.

Queritur ultimo, quis possit in hac irregularitate dispensare? Resp. Ordinariè dispensationem in Jure competere summo Pontifici, qui solus est super Jus. *Clemens. ne Romani. 2. in princip. de Electione.* Interim hodie in Concil. Trid. sess. 24. de Reform. c. 6. datam esse potestatem Episcopis dispensandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepto homicidio voluntario occulto, & alijs deductis ad forum contentiosum, id est, de quibus in judicio litigare ceptum est. Unde, si irregularitas proveniat non ex homicidio, sed ex mutilatione tantum, quamvis voluntaria, vel ex homicidio culpabili, non tamen voluntario, vel si modus in defensi-

one excessus sit, dispensare poterit Episcopus, dummodo factum non sit deducendum ad forum contentiosum, & occultum sit. Potest autem dici occultum, quòd non est notatum, nec est ejus prophanandi periculum, quamvis unus vel alter sciat, vel quatenus aliquando deductum sit ad forum contentiosum, si ex post facto reus accusatus, vel defectum probationum tanquam innocens absolutus sit. Videatur Barb. in *Collect. c. 6. Trid.*

### TITULUS XIII. De Torneamentis.

#### SUMMARIUM.

1. Torneamenta quid sint & unde dicta.
2. Prohibitio & poena eorumdem, & torneamentum in excrav. un. h. t. Joani. XIII.
3. Prohibentur etiam agitationes bestiarum propter vitæ periculum.
4. Qui pro mercede cum bestijs dimicant, non sunt in Torneamento.

**T**orneamentum teste Sphelto in verbo, Torneamentum, secundum vulgare Italicum dictum est a circum & regressione pugilum, unde torneamentum appellat Pontifex in c. 1. h. t. mandatum vel ferias, in quibus milites ex conductu venire solent, & ad ostentationem virtutum earum temerè congre-

Porro quia ex istis torneamentis morum hominum & animarum pericula saepe provenire solent, ideò non immeritò prohibentur tam de Jure Civili in *lun. C. de Gladiator.* quam de Jure Canonico in d. c. 1. sub poena privationis ecclesiasticae separatae, si quis ex pugnantibus in tali torneamento decesserit. Imò Clemens V. in quadam sua Constitutione contra torneamenta instituit, & eis favorem, auxilium, aut consensum praestantes, sententiam excommunicationis reservatæ & interdicti



loca, ubi exerceri permittuntur, pronuncia-  
vit. Quas tamen poenas Joannes XXII. in  
*extravag. in. l. 1.* revocavit, ex causa, ut  
plures possent fieri exercitati milites pro  
subsidio terræ sanctæ contra Barbaros mit-  
tendi, sed hæc revocatio utique accipienda  
est de tali armorum exercitio, in quo, quan-  
tum fieri potest, præcavetur corporis & ani-  
mæ periculum.

1. Eadem ratione, quâ torneamenta, & ob  
causam periculi animæ & corporis, prohi-  
bentur etiam agitationes taurorum & fera-  
rum bestiarum, ne homines cum ijs pericu-  
lose in pugnam descendant, additurque pœ-  
na excommunicationis contra Dominos per-  
mittentes tales agitationes, & ibidem dece-  
dentes ecclesiasticâ sepulturâ privantur, sicut  
ex Bulla Pij V. referi *Quartana in Summa  
Bullar. verbo Torneamentum.*

4. De Jure Civili, qui pro mercede cum bel-  
lijs in arena dimicant, vel aliquod præmium  
pugnae in arena cum bellijs actæ accipiunt,  
intames efficiuntur. *L. 1. §. & qui operas.  
ff. de Postulando.*

## TITULUS XIV.

### De Clericis pugnantibus in duello.

#### SUMMARIA.

1. Quid sit duellum, & ex quibus causis soleat com-  
mitti.
2. Sævera constitutio Concilii Tridentini, contra duel-  
lantes.
3. Referuntur alie constitutiones summorum Pontif.  
qui poenas duelli aggravarunt.
4. Clerici hodie censuræ & inhabilitatem ad benefi-  
cia propter duellum ipso facto incurrunt, à qui-  
bus solus summus Pontif. potest absolvere.
5. Excommunicatio contra duellantes laici ex Bulla  
Clement. VIII. est reservata, & an hæc reser-  
vatio in Germania recepta?
6. Excommunicatio quoniam hodie sint vitandi?

ENCEL IN DECRET. LIB. V.

7. De quibus duellis & quomodo circa ea locum ha-  
beant poenæ duellantium?
8. Qui spectantes duella poenâ incurrant?
9. Sepulturâ Ecclesiasticâ non privantur duellantes  
nisi in duello decedant.
10. Duo casus, ex quibus duellum reddatur illicitum.
11. Quomodo provocatus alius mediis, quam duello  
honorem tuere possit?

**D**uellum dictum est quasi duorum bel-  
lum, est enim *duellum* singularis pug-  
na à duobus utrinque sponte sulce-  
pta, unde & *monomachia* appellatur in *cap.  
monomachiam. 22. causa. 2. q. 4.* id est,  
singularis sive unius pugna à græco *monos*,  
quod est *unum*, & *machia* pugna. Com-  
mittitur autem *duellum* aliquando ad rei  
dubie probationem, ut scilicet vincens proba-  
bâsse credatur, & victus in probatione defec-  
tisse, qui modus apud antiquos usitatus erat,  
si aliæ probationes in aliqua causâ contro-  
versa haberi non poterant. *c. 1. & 2. de Pur-  
gatione vulgari.* Aliquando committitur  
*duellum* ob alias causas, ut ex odio & gloriæ  
cupidine, sed quocumque modo fiat, regu-  
lariter *duellum* malum & peccatum est:  
nam priori modo est species purgationis vul-  
garis, per quam tentatur Deus, ideoque pro-  
hibita, sicut inferius *de Purgatione vulgari*  
dicemus. Altero modo utique malum est;  
ex odio vindictæ aut gloriæ cupiditate vitæ  
periculum subire, vel alterum interimere.

Quare severam constitutionem edidit 2  
contra duella Concilium Trid. *sess. 25. de  
Refor. c. 19.* ibidemque statuit, ut Impera-  
tor, alique Principes & domini temporales,  
qui locum ad *Monomachiam*, in terris suis  
concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac  
privati dominio civitatis, castri, aut loci, in  
quo, vel apud quem duellum fieri permise-  
rint, si illum locum ab Ecclesia obtineant:  
qui verò pugnam commiserint, & eorum  
patrimi excommunicationis, bonorum suo-  
rum

Hhh hhh rum

rum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiae pœnam incurrant, & ut homicidæ juxta SS. Canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſerint, perpetuò careant eccleſiaſtica ſepulturâ. Illi etiam, qui conſilium in cauſâ duelli tam in jure, quam in facto dederint, aut aliâ quacunquẽ ratione ad id cuiquam ſuaſerint, nec non ſpectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur.

3 Eandem Concilij conſtitutionem ſequentes Pontifices per ſuas Bullas non ſolum approbârunt, ſed etiam ampliârunt. Ita enim Pius V. in *Bulla*, quæ incipit; *Ea quæ à Predeceſſoribus &c.* plures alias pœnas addit, ut pœnas criminis læſæ majeſtatis, carceris, inhabilitatis ad teſtamentum faciendum & ſimiles, eaſdemquẽ extendit ad eos, qui chartas provocatorias ſubſcribunt, aſſigunt, vel publicant, cum privatione beneficiorum & habilitate ad ea, ſi Eccleſiaſtici tale quid commiſerint. Gregorius XIII. in ſua *Bulla*, quæ incipit: *Ad tollendum &c.* extendit decretum Trid. ad omnes illos, qui ex condicito, ſtatuto tempore, & in loco convento duellum commiſerint, etiam ſi nulli patrini, aut loci ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nec provocatoria litera præceſſerint. Similiter Clemens VIII. in ſua *Bulla*, quæ incipit: *Illius vices &c.* confirmat, declarat, & extendit ſupradictas conſtitutiones Apoſtolicas, ut locum habeant ubiquẽ terrarum, etiam circa milites ex privata inimicitia inter ſe duellantes, eorumquẽ Duces talia duella permittentes. Circa has Pontificias conſtitutiones

4 *Notandum* I. quòd licet olim Clericus offerens alicui duellum, vel oblatum ſuſcipiens, nullam propterea cenſuram, vel beneficiorum privationem ipſo facto incurrerit, ſed tantum per ſententiam fuiſſet deponendus, niſi cum ipſo Episcopos diſpenſaſſet, & r.

*h. e.* hodie tamen tam excommunicationem, quam privationem beneficiorum & inhabilitationem ad ea ipſo facto incurrat: & quæ pœnis non amplius Episcopos (niſi ſententia ſer occulus juxta Trid. ſeſſ. 24. de *h. r. c. 6.*) ſed tantum ſummus Pontifex abſolvere poteſt. Barb. in *cod. c. 1. m. 6.* & *ſua* *lib. nor. ad hunc tit. n. 3.*

*Notandum* II. excommunicationem, quæ in Conc. Trid. propter duella inſtituta eſſe quidem in ipſo Concilio Pontificis approbatam, proinde ſtando ſoli Concilio, quocunquẽ ſacerdote abſolvi: cum tamen Conditor Canonis abſolutionem a ſacerdotibus ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conſiſſe videtur facultatem alijs relaxandi, ut dicitur in *c. nuper. 29. x. in ſeſſione. de ſentent. excommunicat.* Attamen Clemens VIII. pœnas duellantium, cum quibus ſolutiones Sedi Apoſtolicæ reſervatas, Barb. *d. loco.* putat tamen Paulus Laymannus *Theol. mor. lib. 3. tit. 3. cap. 1. ſub. 1.* apud Germanos, alioſque Septentrionales hanc reſervationem receptam non eſſe.

*Notandum* III. quamvis olim quilibet excommunicatus fuerit ab alijs excommunicationibus, colloquio, oratione alijsque commercio, conſervationibus, adeò ut communio cum excommunicato incidere ſaltem in notorem excommunicationem, *c. excommunicatos. 17. cum ſeqq. cauſa. 11. q. 2.* die verò per quendam Extravag. Martini quæ incipit: *Ad evitanda ſcandalosa*, tantum in duobus caſibus excommunicatus vitandum eſſe, nimirum primo, ſi fuerit torius Clerici percuffor: & ſecundo, ſi aliam cauſam (v. g. in præſenti obſcuro) contraxerit excommunicationem, & fuerit publicè per Episcopos tanquam excommunicatus denunciatus, & præſentibus

cas: sicut hâc de re inferius, in Tit. de Sentent. excommunicat. dicemus.

**Notandum IV.** Constitutiones supradictas procedere solum de duellis ex condicito, statuto tempore, & in loco convento ac cum ordinario vitæ periculo institutis. Quare non incurritur pœnæ duellantium, si duo sine precedenti provocatione & assignatione loci & temporis subito in platea rixas & pugnam incipiant, vel si duo pugnis tantum aut armis solum levioribus, ut plerumque solet abesse commune periculum, secum dimicent. Item cum verba accipienda sint cum effectu. c. cum super. 23. de Officio delegati. quorundam non est improbabilis sententia non incurri pœnas duellantium per solum comparitionem in loco destinato, nisi duellum actu secutum sit: in pœnalibus enim termini stricte accipiendi sunt, nec ultra casus in iure expressos extendendi. Barb. in Collectan. ad d. c. 19. Trid. n. 12. vers. sed contrarium.

**Notandum V.** quod de spectantibus dicitur, intelligendum esse de ijs, qui studio ad locum duelli accedunt, & ex quorum præsentia duellantes redduntur audaciores. Quare non incideret in excommunicationem, qui casu transiret locum duelli, & obiter aspiceret, non figendo ibi pedem, vel qui ita latenter aspiceret, ut prioris à duellantibus non adverteretur.

**Notandum VI.** Pœnam privationis ecclesiasticæ sepulturæ illis tantum infligi, qui in ipso conflictu decedunt, ut verba Trid. d. Sess. 25. c. 19. sonant, & similis textus habetur, in c. 1. de Torneament. ubi dum sepultura ecclesiastica propter torneamenta denegatur, adduntur hæc verba, si quis ibi mortuus fuerit &c. Unde cum in pœnalibus termini sint stricte accipiendi, nimis videtur durum, quod quidam docent apud Barb. ad dict. loc. Trid. n. 29. privandum esse ali-

quem sepulturâ ecclesiasticâ, licet ob vulnus acceptum non statim, sed alio die moriatur, nisi forte supponatur, quod talis impoenitus decedat, quo casu sicut quilibet in peccato mortali decedens merito carebit sepulturâ. arg. c. fures. 31. causâ, 13. q. 2. Illud fortè plus probabilitatis habet, quod decedentes in loco duelli & conflictu sepulturâ priventur, quamvis ante mortem signa pœnitentiæ dederint, aut etiam à Presbytero casu interveniente absoluti sint: quia denegatio sepulturæ non est præcisè ob decessionem in peccato, sed in pœnam & detestationem duelli commissi, & ut homines tanto magis à duellis terreantur, statuta; atque tali casu verè impleta sunt verba Trid. quod aliquis in ipso conflictu decesserit, sicut satis evinci potest ex textu juncta Gloss. in d. c. 1. de Torneamentis. Interim etiam hic consuetudo locorum attendenda est, quæ teste Sanch. in Selectis disp. 36. n. 5. in quibusdam locis in contrarium viget, ut præsertim in duellis privatis & datis pœnitentiæ signis decedentibus sepultura non negetur.

**Notandum ultimo,** duos tantum casus 10 principales à DD. inferri, ex quibus liceat duellum. Primus est, si ex causa publica scilicet ad reipublicæ bonum, belli exitum, & securitatem ab hostibus obtinendam, magis expedire Ducibus videatur, ut torum bellum in duellum resolvatur, quale fuit inter David & Goliath. 1. Regum. 17. Alter casus est, si quis causâ defendendi vitam, honorem, vel bona sua cum aggressore congreddiatur. Attamen ex hac causa solummodo ex parte provocati, non autem provocantis, redditur duellum licitum, & tunc demum, si provocatus aliud medium se defendendi non habeat, v. gr. si in continenti duellum offeratur, nolenti acceptare verbera, vel vulnera immuneant. Nam si intervallum concedatur, atque ad certum diem & locum pro-

Hhh hhh 2 voca-





us l. in pari. 128. ff. de R. I. Videatur de hac restitutionis obligatione Lessi. Lib. 2. c. 10. dub. 6. & 7. Cov. in Relect. c. peccatum. de R. I. in 6. parte 1. n. 8.

6 Criminaliter agitur ex adulterio ad penam & vindictam publicam adulteris imponendam. De Jure civili pro adulterio poena gladij sive ultimi supplicij constituta est in l. quamvis. 30. in fine Cod. Ad. l. Jul. de Adulteris. Quam deinde Justinianus Imperator in foemina adulteris propter sexus fragilitatem mitigavit, ut circa illas cessante poena mortis, verberatae in Monasterium detrudantur, easque marito intra biennium recipere liceat, biennio vero transacto si maritus non recepit, toto vita tempore in Monasterio ad agendam poenitentiam manere debeant. *autb. sed hodie. C. jam dist. 21.*

Verum de consuetudine & ex particularibus singularum Provinciarum statutis raro adulteri maxime pro prima vice morte puniuntur, sed potius poena pecuniaria fustigationis, carceris, relegationis vel similis, ut proinde usu locorum poenam adulterii factam esse arbitrariam non immerito asserat Farinae. de Delictis carnis. tit. 16. q. 141. n. 72. Monent tamen DD & gravis peccati arguunt iudices, qui in puniendis adulteris nimis remissi sunt, unde multoties maxima scandala imò & caedes proveniunt. Farinae. d. l. n. 66. Jul. Clar. in §. adulterium. num. 7.

7 Gravius vero puniendum est illud adulterium, quod sub specie matrimonii committitur, & polygamia dicitur, cum per eam Sacramento matrimonii magna irreverentia irogetur, quando scilicet priore matrimonio adhuc stante & vivente conjugē, scienter simul & voluntarie cum alia persona nuptia contrahuntur, cujus poenam capitalem videtur statuisse Carolus V. in Constitutionibus poenal. n. 121. Sed haec confi-

tutio ita interpretanda est, ut non sufficiat solummodo secundum matrimonium contractum esse, nisi etiam copula carnalis accesserit: habet enim ibidem Imperator talis polygamos pro adulteris, adulteris autem talis copula non committitur. Item cum impator tantum statuat poenam viro vel foeminae jam alio matrimonio ligatis, adeo haec poena non erit extendenda ad personam solutam, licet cum polygamo etiam matrimonium ineat scienter, maxime si fuerit Latina, in qua nec poena ordinaria adultera de Jure civili locum habet, cum eo jure adulterium non committatur in solutam, sed conjugatam, ut dictum.

De Jure Canonico olim Laici committentes in adulterio perfluentes excommunicabantur. *intellextimus. 6. h. 1. & aliquando capilli ac vestimenta eorum in agrorum abscindebantur.* Hodie vero poena est arbitraria, & quamvis crimen adulteri sit mortali, tamen poenitentia circa Laicos plerumque relinqui solet iudici seculari, atque ex decretis Conc. Trid. sess. 27. de Reformatione. c. 3. excommunicatio non debet fieri nisi in solutum, quando alia media puniendi & correpti deficiunt. Clerici quoque maxime pro primo adulterio non statim deponi, sed ad tempus ab officio suspendi vel imitari solent. Deinde in c. et si Clerici. 4. h. de Adulteris. de Jure Canonico, cum Clerici etiam ob adulterium depositi conceditur Episcopo dispensare.

Demum etiam circa materiam adulterii est advertendum, adulterium puniendum esse, utriusque conjugum delictum, cum delicta non debeant manere impunita. Nec obstat illa regula, quod delicta pro mutua compensatione tollantur, quia tamen procedit in actione civili, si maritus qui ipse adulterium commisit, vellet uxorem adulteram ad divortium agere, quod

autem si agatur *criminaliter* ad pœnam  
authoritate Magistratûs infligendam.

## §. II.

## De Stupro.

## SUMMARI A.

1. Quid sit *Stuprum* & quæ ejus pœna de Jure Ca-  
nonico?

2. An *Stuprator* teneatur copulativè ad desloratam  
ducendam & dotandam?

3. Leges Divinae judiciales antiqui Testamenti in  
novo recepta possunt Jure vel consuetudine li-  
mitari.

4. *Deslorator* sub promissione matrimonii simpliciter  
eam tenetur ducere.

5. Puella deslorata præsumentur fuisse *Singo*, & se-  
ducta à desloratore: nisi alia præsumptiones  
sint in contrarium.

6. Si deslorata nullum damnum patitur, ante sen-  
tentiam iudicis deslorator ad nihil tenetur.

7. *Stuprum* violentum gravius puniri debet, & eti-  
am pœna capitali.

8. Quamvis *Stuprum* in latiore significa-  
tione plerumque alias luxuriae species  
praeter adulterium comprehendat. l. *Stu-  
prium*. 34. ff. ad L. Jul. de Adult. proprie-  
tamen accipitur *Stuprum* pro illicita Virgi-  
niam desloratione, teste Gratiano inc. 2. §.  
cum ergo. causa. 36. q. 1. Pœna de Jure Ca-  
nonico hujus delicti traditur in c. 1. h. t. per  
haec verba: Si seduxerit quis Virginem  
nondum desponsatam, dormieritque  
cum ea, dotabit eam, & habebit uxo-  
rem. Si verò pater Virginis dare no-  
luerit, reddet pecuniam, quam Virgines  
accipere consueverunt. Ex quo textu li-  
cet nonnulli antiquiores Canonistae volue-  
rint copulativè imponi, ut deslorator cogatur  
ad dotandam, & simul ad ducendam; ni-  
hilominus recentiori tum DD. tum iudicio-  
rum sententiâ magis receptum est, ut deslo-  
rator non præcisè ad matrimonium, sed sub  
alternatione compellatur; in alternativis  
autem debitoris est electio, ideò sufficit al-  
terum impleri. c. in alternativis. 70. de R.  
l. in 6. l. plerumque. 10. in fin. ff. de Jure  
dotium, atque videtur declaratum inc. 2. h.

t. ubi tantum sub alternatione aliquis ad  
matrimonium compellitur, nisi malit pœ-  
nam fustigationis, excommunicationis, ac  
intrusionis in Monasterium subire: quæ eti-  
am pœna ex communi interpretatione tunc  
demum infliguntur, si ob inopiam deslorator  
dotem præstare nequeat, ut locum ha-  
beat, quod dicitur, qui non habet in are-  
lyat in corpore.

Nihil quoque in contrarium facit, quod  
dictum cap. 1. sit ex lege divina scilicet ex  
antiquo testamento Exodi 22. desumptum,  
ubi copulativè ponitur ut deslorator &  
ducere & dotare teneatur. Nam 3x. illam  
Legem non esse moralem, sed judicialem,  
quales Leges per adventum Christi expirâ-  
le censentur, ac in novo testamento tran-  
sumptæ, obligant tantum ex Jure humano, &  
proinde possunt à legislatoribus humanis 12  
vel consuetudinibus locorum certo modo  
temperari ac mitigari Barb. in eod. c. 1. h. t.  
Imò hodie pœna excommunicationis & de-  
structionis in Monasterium in desuetudinem  
abiit, ac plerumque punitio hujus criminis  
sicut aliorum, quæ sunt mixti fori, solent  
iudici seculari relinqui. Aliud autem di-  
cendum, si quis non tantum desloraverit vir-  
ginem, sed insuper promissionem matrimo-  
nii sive fictam, sive veram fecerit; talis enim  
præcisè tenebitur desloratam ducere, sicut  
tradidimus in Lib. IV. Tit. de Sponsal. &  
Matr. §. 2. num. 13.

Ceterum puella in dubio præsumentur vir-  
go, & neganti virginem incumbit probatio, 14  
quod prius ab alio fuerit deslorata: sicut  
quibus præsumentur bonis, donec probetur  
maus. l. merito. 51. ff. Pro socio. præsertim  
si puella parata sit juramentum de sua virgi-  
nitate præstare, cui credendum est, tum odio  
delinquentis, tum quòd talis assertio habeat  
præsumptionem naturæ pro se (cum virgo  
nascatur) ait Farinac. de Delictis carnis  
tit. 16. q. 167. n. 133. Item etiam puellam  
sedu-





vers. 15. nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? absit, fugite fornicationem. &c. & ad Epist. cap. 5. vers. 5. hoc enim scitote, quod omnis fornicator, aut immundus non habet hereditatem in Regno Christi & Dei.

Sunt quidem nonnulla loca, in quibus fornicatio impunè grassatur, non tamen propterea fornicatio peccatur non est, aut tantum licita approbatur, sed tantum dissimulatur poena, ne calidiores illae nationes in graviora delicta scilicet adulteria, vel peccata contra naturam proruant: aliquando enim interdum mala, quorum utrumque evitari nequit, id, quod minus est, etiam à probis vitiis dissimulanter tolerari, docemur exemplis propositis in scriptura Genes. 19. & Judicium. 19. textus notabilis in cap. c. ubi late Barb. & inc. 2. vers. est tamen dist. 13. c. offerebat. 12. causa. 32. q. 7.

Pœna simplicis fornicationis quamvis de Jure Civili nulla constituta sit, ut apparet ex L. uxor. 13. §. 2. ff. Ad L. Jul. de Adult. & L. un. Cod. de Concubin. Hodie tamen tam circa Laicos, quam Clericos, apud omnes bonos praesertim Germaniae Magistratus simplex fornicatio arbitrariè juxta loci consuetudinem punitur, Menoch. de Arbitrariis. casu 288. n. 12. Julius Clarus. §. Fornicatio n. 6.

Ad dotationem verò vel matrimonium ob fornicationem simplicem siue qualitate stupri commissam fornicator non tenetur, debet tamen alere prolem, quam foemina ex eo concepit, c. 5. & ibi DD. De eo qui duxit, &c. nec audiri solet, tamen neget, se esse patrem: nam si confessus vel convictus fuerit de copula, hoc ipso praesumetur pater, nisi alium monstrare possit. Quod si plures cum eadem muliere concierium habuerint,

ENGL IN DECRET. LIB. V.

recurritur ad circumstantias, cui nimirum, vel tempus partus, vel physiognomia prolis magis respondeat, imò aliquando favore prolis, ne ob defectum alimentorum intereat, juramento mulieris creditur. Qua de re videri poterit Berlichius Conclus. 38. n. 41. & seqq. His de fornicatione praemis nunc de concubinato dicemus.

Concubinatus de Jure Civili, & in ordine ad legitimationem liberorum per subsequens matrimonium tunc proprie dicebatur, si quis foeminam solutam domi loco uxoris detinisset. L. nuper. 11. Cod. de Naturalib. liberis. & per ea, quae diximus in Lib. IV. in tit. Qui filii sint legitimi. In ordine verò ad poenam promerendam Concubinatus rectè dici potest, si quis cum certa aliqua foemina seu soluta, siue maritata, siue intra, siue extra domum assiduam libidinem exerceat.

Licet verò de Jure Civili non fuerit concubinato proprie tali (nisi simul habuit adjunctam qualitatem stupri, vel adulterij) poena statuta, ut colligitur ex toto tit. ff. & Cod. de Concubin. Hodie tamen non tantum in foro Ecclesiastico, sed etiam Civili concubinatus acrius, quam simplex fornicatio punitur, & merito: cum utique perseverantia in crimine sit circumstantia aggravans, & tantò sint graviora crimina, quanto diutius durant, sicut dicitur in c. ult. de Consuetudine, ac diuturnitas temporis peccatum non minuat, sed augmentet, juxta c. cum haberet. 5. De eo, qui duxit. &c.

Specialiter Conc. Trid. sess. 24. de Refor. 23. Matrim. c. 8. ad extirpandum concubinitus crimen statuit concubinos tam solutos, quam uxoratos cujuscunque status, dignitatis & conditionis existant, si postquam ab Episcopo, seu Ordinario etiam ex officio ter moniti ea de re fuerint, & concubinas non ejecerint, seque ab earum consuetudine

Iii iii

RON

non se junxerint, excommunicandos esse, nec absolvendos, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Circa ipsas quoque concubinas & mulieres sive conjugatæ, sive solutæ sint, constituit Concil. d. l. ut ab Ordinariis locorum ex officio graviter pro modo culpæ puniantur & extra oppidum vel diocesium, si id iisdem Ordinariis videbitur, invocato etiam, si opus fuerit brachio sæculari, ejiciantur, & huic constitutioni Concilij & prohibitioni concubinatûs etiam in foro sæculari parendum est: quia leges civiles in materia peccati correctionem à SS. Canonibus accipiunt, arg. c. ult. ubi DD. de Prescript.

- 24 Neque scandalizari aliquis debet ex textu Concil. Toletani & B. Ildori, qui refertur in cap. 4. & 5. dist. 34. ubi dicitur: *Christianis aut uxorem, aut pro uxore concubinam habere licere*: nam in hoc textu nomine concubinæ non intelligitur scortum (nam hujus usum, utpote jure Divino prohibitum, sicut mox ante de fornicatione diximus, non potuissent SS. Patres permisisse) sed uxor per verba quidem de præsentibus vel aliis solemnitatibus, quæ olim saltem ad honestatem matrimonij requirebantur, juxta c. aliter 1. causa 30. q. 5. qualis uxor propterea ob defectum illarum solemnitatum non uxor, (quamvis revera uxor esset & matrimonium ejus validum) sed concubina, præsertim in foro externo & de Jure Civili dicebatur. Specialius verò circa Clericos & Ministros Ecclesiæ laboravit Concil. Trid. sess. 26. de Reformatione c. 14. ut qui se Divino cultui addixerint, ab impudicitia sordibus, immundoque concubinato revocentur, populusque hinc eos magis discat revereri, quo illos vitæ honestioris cognoverit. Statuit proinde ut Episcopus contra eosdem Clericos concubinarios, qui suspectas mulieres intra vel extra domum detinent, per priva-

tionem fructuum, suspensionem, privationem beneficiorum, & demique excommunicationem procedat juxta modum præscriptum in d. c. 14. Quæ de re etiam dicitur in III. Tit. 2. de Cohabit. Cler. & Mul.

§. IV.  
De Sodomia, Incestu & delictis contra naturam.

26. Quid sit crimen Sodomia?  
27. Pœna ejus de Jure Canonico, præsertim in Clericis id committentes statuit.  
28. Pœna Juri Civili contra Sodomiam.  
29. Quid sit incestus & an cum affinis etiam illicita committatur?  
30. Restricto per Concil. Trid. impedimento naturali ad secundum gradum, etiam restriçitur.  
31. Peccati cum consanguinea spiritus sancti gratia non proprie committitur incestus, cum peccat cum consanguinea tantum cognatione spiritus vel legali.  
32. Quæ pœna sit incestus sine matrimonio jure.  
33. Pœna contrahentium incestus per naturam.

**T**urpissimum, infamæ, ac hominum indignum vitium, à Sodomia Civitate contraxit, quæ propterea una cum tota regione igne ælitis delapsio concremata est in Gen. 19. c. legitur, & in genere significat omnem libidinem contra naturam, à quo quæ aliter peragitur, quam rectus carnis ordo ad præcreationem liberorum tendit, sive deinde id fiat cum bestis, sive cum animalibus aut hominibus. Dividitur in Sodomiam proprie dictam, bestialitatem & mollescentiam, quorum nefandorum criminum longæ descriptionem apud Germanos minus audidos ob ingentem turpitudinem & naturam libenter omitto & remitto ad Pœnam Julium Clarum in Præsentia criminum Sodomia. & Aloyf. Riccius in Præsentia Ecclesiastici parte 3. ref. l. 3. §. 1. p. 10.

Pœna Sodomia ex Jure Canonico est, ut Laici excommunicentur, Ecclesiastici verò beneficiis priventur & deponantur *c. ut Clericorum. 13. de Vita & honestate Cler. c. Clerici. 4. de Excessibus Prælator.* Imò hodie ex Constitutione Pij V. edita anno 1568. Ecclesiastici tam dirum nefas ex recentibus omni privilegio Clericali, omnique beneficio, dignitate & officio Ecclesiastico auctoritate ejusdem constitutionis privantur, ita ut per judicem Ecclesiasticum degradati pœssenti sæculari statim tradantur, quæ de his idem capiat supplicium, quod in Laicos hujus vitio intricatos legitimis reperitur sanctionibus constitutum. De qua Bulla ejusque ulteriori interpretatione videri poterit Quarta in Summa bull. verbo Sodomia, & Riccius cit. loco.

De Jure Civili & in foro sæculari olim hujus criminis pœna erat gladius *L. cum vir nubit. 31. Cod. ad L. Jul. de Adult. s. utem lex Julia. 4. Institut. de Publicis judiciis.* Ex Constitutionibus verò pœnalibus Carol. V. a. 116. hujus sceleris rei igne comburuntur. Advertendum tamen est ex communi DD. sententia, quòd istæ pœnæ locum tantum habeant in bestialitate & Sodomia proprie dicta, mollities autem pœnâ aliquâ extraordinariâ juxta qualitatem & frequentiam delicti pro arbitrio judicis puniatur, teste Farinac. d. l. n. 3. & Ricc. l. cit. res. 62.

Quòd ad incestum attinet, iste est concubitus cum consanguineis vel affinis. Nomen autem consanguineorum & affinum illi tantum intelliguntur, cum quibus matrimonium esse non potest, videlicet ascendentes & descendentes in infinitum; collaterales verò usque ad quartum gradum inclusive. Quòd si affinitas oriatur ex copula illicita tunc quamvis aliqui de Jure Civili teneant non committi incestum, sed tantum simplicem fornicationem, eò quòd de Jure Civili videatur affinitas tantum oriri ex

matrimonio non verò ex copula illicita, arg. *L. non facile. 4. §. sciendum. 8. ff. de Gradibus affinitatis.* De Jure tamen Canonico certum est, etiam ex copula illicita contrahi veram affinitatem, & consequenter committitur incestum, qui cum duabus sororibus vel consanguineis peccat. *cap. de Irregularitat. 6. De eo, qui cognovit consanguin. ux. c. in literis. 24. de Testibus.* Idemque in practica circa forum sæculare & quoad pœnam incestus imponendam, receptum esse testatur Farinac. q. 149. n. 102. & de Jure quoque Civ. contrahi affinitatem ex copula illicita, & inde sequi incestum probat Cov. de Matrim. part. 2. c. 1. §. 8. n. 3. per *L. libert. 4. Cod. de Nuptiis*, quæ prohibet ob affinitatem filium patris concubinam in uxorem ducere.

Illud tamen notabile est, quòd cum hodie ex Conc. Trid. sess. 24. de Refor. Matrim. c. 4. impedimentum affinitatis orca ex copula illicita restrictum sit ad secundum gradum, idè ex probabili multorum sententia non committet incestum, qui peccat cum consanguinea in tertio vel quarto gradu ejus, cum qua carnale commercium habuit, sicut refert Barb. in eod. c. 4. Trid. n. 12.

Si quis verò peccet cum consanguinea suæ sponse nondum à se cognitæ, non dicitur proprie incestum committere; quia sola sponsalia ante copulam antecedentem non inducunt propriam affinitatem, sed tantum quasi affinitatem, & impedimentum publicæ honestatis. Cov. d. §. 8. n. 4. Item nec cognatio legalis scil. adoptio vel spiritualis, quæ oritur per Baptismum vel Confirmationem causalat proprie incestum, ut proinde mitiore pœnâ, quam pro incestu castigandus sit, Farinac. d. loco. n. 26. & 30.

Committitur autem aliquando incestus sine matrimonio, aliquando cum matrimonio, id est, incestuosas nuptias contrahendo,

Iii iii 2

Pœna

Pœna incestus sine matrimonio commissi de Jure Canon. est, ut Laicus incestuosus excommunicetur, Clericus verò omnino deponatur. Abbas & DD. in *c. c. si Clerici. 4. §. fin. de Judic.* De Jure autem Civ. pœna incestus est eadem, quæ adulterij. *L. miles. 11. §. 1. junct. gl. in l. si adulterium. 38. ff. Ad L. Jul. de Adult.* & ideo quidam DD. capitalem pœnam statuunt, arg. *L. quamvis. 30. Cod. Ad L. Jul. de Adult.* Verum cum nostris temporibus ferè nunquam pro adulterio pœna capitis imponatur, sed alia arbitraria pro consuetudine locorum, hinc etiam docet Farinae. *d. l. n. 11. & pluribus seqq.* pœnam incestus esse arbitrariam, quandoque tamen morte puniri, si commissus sit cum illis, cum quibus Jure Div. & naturali prohibitum est matrimonium, ut cum liberis & collateralibus primi gradus, fratribus seu sororibus. An autem pœna mortis imponatur, si descendentes sint affines, puta si Vitricus peccet cum Privigna, Privignus cum Noverca? Affirmant id quidem nonnulli, sed dubitat Far. *d. l. n. 67.* & videtur inclinare in mitiorem sententiam, & pœnam arbitrariam.

- 33 Si incestus conjunctus sit matrimonio, scienterque aliquis cum consanguinea vel affine in gradu prohibito contraxerit, tunc de Jure Civili, si persona vilis sit, verberata in exilium mittitur, bonis etiam ejus confiscatis, nisi liberi extent, qui fisco præferuntur: si alterius conditionis fuerit, infamis redditur, & bonis quoque non extantibus liberis, confiscatis, in insulam relegatur. *auth. incestas. Cod. de Incestis nuptiis. Covar. d. §. 8. n. 5.* De Jure Canonico incestuosas nuptias contrahentes, insuper ipso facto excommunicationem incurrunt, *Clem. un. de Consanguin. & affinit.* à qua tamen excommunicatione juxta frequentiore DD. sententiam excusantur, qui cum impedimento publicæ ho-

nestatis, cognationis legalis, vel spiritualis matrimonium contrahunt: quia Clemens tantum loquitur de illis, qui cum consanguineis vel affinibus contrahunt: in potentibus verò non debet fieri extensio, juxta regulas juris regulas.

§. V.

## De Raptu &amp; Sacrilegio.

34. Pœna raptus de Jure Civili.  
35. Quomodo de Jure Canonico inter raptum & pœnam non posse esse matrimonium?  
36. Pœna raptus specialis à Concilio Trid. lata.  
37. Pœna raptoribus sponsa constituitur, quomodo sit interpretanda?  
38. Et quid de consuetudine ac constitutione Carolini circa pœnam raptus?  
39. Sacrilegium quid sit significet?  
40. Per violationem Sponsi Castitatis committitur sacrilegium, quod tamen ex hoc pœnam specialem non habet.  
41. Pœna raptus vel Violantis sententiam de consecratam.  
42. Perpetrantes delictum carnis in Ecclesia sacrilegi.

**R**aptem raptus committunt, qui mulierem libidinis causâ rapiunt, vel abducunt. Pœnam hujus delicti statuit Julianus Imperator. *in l. un. Cod. de Raptu virginum.* ut raptores quarumcumque mulierum honestarum, sive virginum, sive viduarum, sive sibi, sive aliis desponsatarum capitali supplicio plebantur, & bona eorum omnia raptus mulieribus applicentur, necquam sit licentia, ut raptae mulieres raptoribus nubere valeant. Et ulterius declarat Imperator, non esse distinguendum, an mulier volens, vel invita rapta fuerit, eo quod hoc per præsumatur foemina dolo raptoris consentum inducta, eamque pœnam etiam extendit ad omnes alios, qui raptoris auxilium, favorem vel receptaculum præbuerint.

Verum quod in hac L. constituit Imperator, ut inter raptorem, & raptam maneat

possit esse matrimonium, hoc de Jure Canonico & Conc. Trid. *sess. 24. de Reform. Matrim. c. 6.* procedit, quamdiu rapta in potestate raptoris manserit: si verò rapta à raptore separata sit, & loco tuto, ac libero constituta, poterit cum raptore de eodem Jure Concil. Trid. matrimonium contrahere.

Ad detestationem raptus addit tamen Concil. *d. loc.* ut nihilominus raptor ipse & omnes illi, qui consilium, auxilium vel favorem præbent, sint ipso Jure excommunicati, & perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces: & si Clerici fuerint, de proprio gradu decedant, teneaturque raptor mulierem raptam, sive eam duxerit in uxorem, sive non, decenter pro arbitrio Judicis dotare. Unde non pauci DD. apud Farinac. *de Delictis carnis q. 145. n. 96.* existimant per matrimonium inter raptorem & raptam purgari & evitari posse pœnas à Jure Civili ipsi impositas.

Deinde quod de raptu propriæ sponsæ in *d. l. un.* dicitur, non habere locum de Jure Canon. satis colligitur ex *cap. 4. c. 5. c. 10. causa 36. q. 2.* & sunt, qui valde probabiliter putant, Jus Civile eatenus cum Canon. conciliandum, ut raptus sponsæ tunc solum puniatur, si sponsa sit de futuro, & habens justam causam rescindendi sponsalia, vel cogitans intrare Religionem, contra voluntatem suam rapiatur, non verò si liberè in sui abductionem consentiat: quia pœnas interpretatione molliendas esse, docet J. C. *in l. penult. ff. de Pœnis.* Plura de hoc crimine videri poterunt apud Farinac. *c. l. c. alios ibidem allegatos.* ubi etiam à *n. 135.* notanter advertit, textum in *d. l. un.* tantum loqui de raptu fornicarum honestarum, ac proinde non puniri pœnâ ordinariâ raptus, sed mitiori, qui inhonestam seu meretricem rapuit.

Consuetudo quoque locorum in hos &

aliis vitiis puniendis attendenda erit, & Imperator Leo *in sua const. 35.* voluit tantum raptum armis patratum, morte; sine armis autem, mutilatione manûs puniri. Si autem raptus sit conjunctus cum stupro violentâ oppressionem locum habebit. *Const. Carol. a. 119.* quam de stupro etiam superius allegavimus.

Denique ut etiam de *Sacrilegio* aliquid addamus, *Sacrilegium* in genere dicitur omnis *rei sacræ* violatio, seu indigna tractatio: in præsentem autem nomine *Sacrilegii* intelligimus illam speciem luxuriæ, quâ violatur corpus personæ DEO consecratæ per votum continentiae perpetuæ.

Quamvis autem *Sacrilegium* committatur, non tantum si persona violata, sed etiam si violans voto castitatis adstricta sit: ut propterea hæc circumstantia voti tanquam mutans speciem necessariò in confessione exprimenda sit, in foro tamen externo præter pœnas Ecclesiasticas peccatum carnis committentibus inflactas, non sunt aliæ determinatæ pro qualibet violatione voti, sed arbitrio Judicis imponendæ, exceptâ illâ, quæ infligitur ob violatam monialem, sive feminam DEO consecratam.

Uterius rapiens, vel violans monialens, si laicus sit, de Jure Canonico excommunicatur, si autem Clericus fuerit, deponitur, & in Monasterium deruditur. Similiter & ipsa monialis in carcerem, vel arctius in monasterio ad agendam poenitentiam includitur, *c. impudicas, 11. c. si qua Monacharum, 28. c. 6. si quis rapuerit, 30. causa 27. q. 1.* De Jure verò Civili rapiens, vel violans Monialem capite punitur, ejusque bona Monasterio applicantur. *L. un. Cod. de Raptu virgin. juncta Nov. 123. cap. 43. c. d. cap. si quis rapuerit*

His Sacrilegis & violatoribus Monialiam annumerat Farinac. *q. 145. n. 32.* etiam illos,

iii 111 3

qui



Criminaliter agitur contra raptores ad penas fisco inferendas, vel (quod frequentius est, cum raptores ob inopiam raro possint pecuniam præstare) ad penam corpori intelligendam; ita qui cum armis & tumultu aliena invaserit, & deprædatus fuerit, capite puniri jubetur in *l. 11. ff. Ad. L. Jul. de Vi publica*. At ex *Constitut. Caroli. V. n. 120.* grassatores & prædones, quamvis latrocinium seu homicidium non commiserint, similiter morte afficiuntur. De Jure Canonico raptores excommunicantur ab Episcopo illius loci, ubi rapinam fecerint, quamvis ipsi alienæ Diocesis sint, nec absolvantur, donec satisfaciant competenter, eademque excommunicatio proprio eorum Episcopo significanda est, ne eos recipiat ante plenariam satisfactionem. *c. 1. h. t.* Specialiter verò excommunicationem reservatam ex *Bulla Cena Domini cas. 4. & 5.* ipso facto incurritur piratæ & omnes illi, qui navigantes in mari Christianos deprædantur, vel naufragorum bona capiunt, de quibus etiam agit Nav. in *Manuali c. 27. num. 50.*

Quod ad incendiarios spectat, quam grave & calamitosum sit per incendia hominibus nocere, quotidiana docet experientia: unde merito contra incendiarios jura pœnas exasperarunt, prout in primis de Jure Civili, qui ob inimicitias vel rapinam alienas aedes incendierint, vivi exuri, vel bestiis obnoxii jubentur, ita tamen ut dignitas personæ vel parvitas damni ex incendio secuti, præsertim si extra civitatem, aut oppidum in villa vel casa incendium factum sit, penam minuant, & decapitatio vel deportatio intelligatur. *l. capitalium. 28. §. incendiary. 12. ff. de Pœnit. l. ult. ff. de Incendio, &c.* De Jure quoque Imperij Carolus V. in suis *Constitutionibus pœnal. n. 125.* generaliter contra incendiarios penam ignis determinavit. Ob quant textus generaliter quibusdam videtur hodierno Jure non esse di-

stinctionem faciendam, cujus conditionis sint incendiarii, vel quale damnum dederint, sed indifferenter cremandos esse. Verum cum inter Christianos raro soleat ad combustionem hominis vivi propter desperationis periculum deveniri, nisi ob atrocissima delicta, & aliàs non sit facile priorum Jurium abrogatio præsumenda, *c. cum expediat. 26. de Elect. in 6.* idèò humanius est hanc Carolin. constitutionem juxta priores leges civiles interpretari, & penam pro incendio, aliquando ignis, aliquando mitiorem, considerata qualitate personæ, damni & loci imponere, prout satis ex alijs ferè omnibus constitutionibus Carol. apparet, quòd Imperat. in statuendis pœnis Jus commune sequi voluerit.

Et hæc quidem ita se habent, si ut dictum est dolo & malitia incendium causatum fuerit, si autem ex culpa & negligentia alicujus ortum sit incendium, tunc contra eum civilis tantum actio ad compensationem datur, & interdum etiam pro qualitate culpæ pœna extraordinaria non capitalis infligitur. *d. l. capitalium. §. incendiarii. vers. nam fortuita. ff. de Pœnis.* Quanta autem debeat esse culpa, ut aliquis ex ea ad integrum damnum relarciendum teneatur, dicemus inferius in *Tit. de Injuris & damno dato.* Cuius sit damnum, an locratoris vel conductoris, si domus conducta incendio flagraverit, dictum est in *Lib. IV. Tit. de Locato & conducto q. 3.* De Jure Canon. incendiary, excommunicandi sunt, & privandi sepulturâ Ecclesiasticâ, nisi ante mortem pœnituerint. & absoluti fuerint, quæ absolutio eis dari non debet, antequam per se vel per hæredes suos læsis competenter satisfecerint. *c. pessimam. 12. causa. 23. q. 3.*

Notanter dico, vel per hæredes, nam licet de Jure Civ. hæres ex delicto defuncti conveniri nequeat, nisi ex tali delicto factus sit

sic locupletior, vel lis cum defuncto contestata fuerit. *l. un. C. Ex delictis defunctorum in quantum heredes &c.* De Jure tamen Canon. ad exonerandam conscientiam defuncti, qui jure naturali tenebatur lassis damnum compensare, etiam haeres pro viribus hereditarijs ipsidem satisfacere tenetur *c. in liris. s. h. i.* & cum hac materia tangat conscientiam & favorem animae, in ea Jus Civile à Jure Canonico correctionem accipit.

- 10 Tertia pars hujus rubricæ est de Violationibus Ecclesiarum: quo nomine censetur illi, qui Ecclesijs, vel rebus sacris injuriam inferunt, & sacrilegium proinde committunt, vel lædendo immunitatem Ecclesiarum (de qua immunitate, ejusque violationum pœnis diximus in *Lib. III. Tit. penult.*) vel rapiendo res ex Ecclesia, vel sacra indignè & irreverenter tractando. Itaque rapina vel furtum tunc aliam speciem mali inducit, & sacrilegium censetur primò, si res sacra seu ad divinum cultum destinata de loco sacro; secundò si res sacra aut calix consecratus de loco non sacro; tertio, si res non sacra v. gr. in Ecclesia securitatis causâ deposita de loco sacro furtipiat. Quamvis autem aliqui circa posteriora duo furtiva, quæ scilicet fiunt de loco non sacro, vel rei non sacre dubitent, an saltem de Jure Civili vera sacrilegia dicenda sint, propter textum in *l. divi. s. C. l. sacrilegi. g. s. i. ff. Ad l. Jul. pecul.* Communis tamen, maxime de Jure Canon. (cui potius competit aliquid de sacrilegio determinare) receptum est, etiam in his duobus furtis committi sacrilegium, per text. clarum in *c. quisquis. 2. i. causâ. 17. q. 4.* & docent Sylvester, Armilla, & Summista communiter in verbo *Sacrilegium*. Ratio est, quòd utroque casu irreverentia inferatur, aut rei, aut loco sacro: & hic accommodari potest, quòd dicit J. C.

in *l. aut facti. a. 16. s. locus. 4. ff. de Terr. locum facere*, ut isdem vel furtum, vel sacrilegium sit.

Eandem sententiam secutus fuit Carol. V. in *Constit. penal. a. 171.* ubi sacra furtiva, eo quo nos modo in tres classes distribuit. Neque textus allegati ex Jure Civ. adeò urgent, quin responderi possit *c. l. Divi* pro re in Ecclesia deposita & illa dari quidem actionem turti, si minime viliter agatur, non tamen negari potest sacrilegij, si accusatio ad vindictam publicam instituat. Item *l. sacrilegi*, censendam esse de alijs privatis sacris, quæ fortassis apud Romanos in usu erant, non de rebus sacris ad sacrificium Mæstæ deputatis, quòd specialiter publicum est.

Pœna rapinæ vel furti sacrilegi proportionate ac quantitate rei, ac modo rapinæ vel furti de Jure Civ. quandoque dimittitur de bestias, vel in metallum, aut deportatio sit. *l. sacrilegi. 6. ff. Ad l. Jul. pecul.* maxime verò capitis pœna statuitur in *l. quis in hoc genus. 10. C. de novo pœ. re. Cod. de Episcop. & Cler.* contra eos qui in Ecclesias irruentes SS. Ministeria turbaverint, vel celebrare prohibuerint. Hoc ex *constitut. Carol. a. 172. C. segg.* si quæ vala sacra, sive ex loco sacro, sive pretium abstulerint, & etiam si intentione furtiva penas Eccl. vel sacrilitiæ vel alterius loci, vel oblationes reponuntur, effregit, vel illius instrumentis aperuerit, ultimo supplicio sciendum est, mitigato tamen vel exasperato supplicij genere pro qualitate & gravitate delicti ac circumstantiarum. Si quis autem res non ita sacras, velut candelabra, cereas, linteamina, vel res merè profanas in Ecclesia depositas sine effractione, aut alia violenter, is ex *ead. Constitut. Carol. a. 172.* gravis quidem, quam simplex furtum committentes, puniendus est, ita tamen ut ha-



gravitas rei ablatae, famis necessitas, atas, ac imprudentia delinquentis consideretur, ac pro diversitate circumstantiarum major vel minor poena infligatur.

I. De Jure Canon. per Bull. Cen. art. 18. excommunicationem reservatam ipso facto incurrunt, qui territoria, bona, aut jura immediate ad Ecclesiam Romanam vel Pontificem spectantia invadunt. II. Ex Trid. sess. 22. de Refor. c. 11. eisdem excommunicationem reservatam incurrunt, nec absolvuntur, nisi post integram restitutionem, qui jura, fructus, quascunque obventiones Ecclesiasticorum beneficiorum secularium vel regularium, vel priorum locorum, quovis quovis colore vel modo sibi usurpent, vel impediant, per se vel per alios, ne in Ministrorum Ecclesiae vel pauperum, quibus debentur, vitam deveniant. Quod si patroni Ecclesiae id fecerint, etiam jus patronatus amittunt, & Clerici talia agentes insuper beneficiis privantur, ac ad alia obtinenda inhabiles redduntur. III. Generaliter omnes, qui Ecclesias sacrilegè invadunt, violant, vel deprædantur, censurâ excommunicationis cœrcendi sunt: & quidem si hæc invasio vel deprædatio fiat cum invasione, effractione vel violentia, ex veriori sententia in favor ipso facto non tantum excommunicatur, sed insuper absolutionem à summo Pontifice petere, vel alium privilegium à casibus reservatis absolvendi habentem, adire debet. Text. Gloss. Panor. & DD. communiter in c. con-questi. 22. de Sent. excommuni. Si autem etiam aliquis res sacras violentis abstulerit, magis inter DD. receptum est, talem non esse ipso facto, sed per sententiam excommunicandum. Barb. in eodem c. 22. n. 2. cum cit. ibid. arg. c. ult. de Furt. ubi videtur supponi, furem rei sacræ non indigere ipso jure aliqua absolutione à censura, nisi per Episcopum fuerit excommunicatus.

ENGEL IN DECRET. LIB. V.

Demum sciendum est inter violentias Ecclesiarum & sacrilegium gravissimum censeri, quod circa SS. Eucharistiam committitur, eam furripiendo, vel alias indignè tractando, pro quo delicto poena ignis constituta est à Carolo V. cit. a. 172. Et quamvis aliàs hæretico primâ vice parcat, si monitus poeniteat, & hæresin abjurare velit, cum Ecclesia non claudat gremium redeunti: si tamen abusus est Sacramento SS. Eucharistiae, ad abjuratorem non admittendum, sed primâ statim vice ultimo supplicio afficiendum constitutum refert Farinac. de hæresi q. 103. n. 39. à Paulo IV. summo Pontifice, & Clericos propter hoc immane scelus degradandos, & curiæ seculari tradendos esse, habetur in Lib. 2. Epist. Pij V. epist. 1. Imò non tantum sacram Eucharistiam, sed etiam Crucifixum, vel sacras imagines irreverenter & contumeliosè tractantes poenâ mortis afficiendos, docet Menoch. de Arbitrariis. casu 3. n. 3. per text. in l. si quis in hoc genus. 10. Cod. de Episcop. & Cler. ubi generaliter pro injuria Ecclesiis illata capitalis poena statuitur.

## TITULUS XVIII. De Furtis.

### SUMMARIA.

1. Quid sit furtum, & quomodo à rapina & aliis insensibus differat?
2. Non tantum ipsum rei, sed etiam usus, aut possessionis furtum datur.
3. Furtum alias illicitum, licitum redditur ob causam extremam necessitatis.
4. An qui in extrema necessitate furtum fecit, postea cum potuerit, restituere teneatur? probabiliter affirmatur.
5. Pro furto olim dabatur tantum actio Civilis; pro manifesto quadruplum; pro non manifesto in duplum.
6. Sed ex Constitutionibus Carol. est in poena criminali & mortis infertur.

kkk kkk

7. Poena

7. *Pena mortis hodie pro furto constituta est ob frequentiam delicti.*  
 8. *Qua pena furti de Jure Canonico?*  
 9. *Clericus pro furto deponitur Verbaliter, non realiter, nisi sit incorrigibilis.*  
 10. *Clericus ob furtum Verbaliter deponitur, potest ab Episcopo restitui, & ad ordines habilitari.*

**P**ost rapinas, sacrilegia & graviores rei alienae invasiones ad furta simplicia in *h. tit.* descendit Compilator.

1. Describitur autem *furtum* in *l. 1. §. 3. ff. de Furtis*. quod sit *contractatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus aut possessionis*. Dicitur I. *contractatio fraudulosa*: ut fiat distinctio à rapina & alia violenta publica invasione: furtum enim à furvo seu nigro dictum est, quod clam & in obscuro fiat, vel à fraude, ut inquit J. C. in *d. l. 1. in principio*. Dicitur II. *lucri faciendi causa*: nam qui rem alterius etiam fraudulenter & malitiosè destruit, non proprii lucri causa, sed in alterius odium, non erit fur censendus, nec infamis, vel alius poenis furti puniendus, sed actione ex *L. Aquilia* ad compensationem damni convenietur, ut dicitur inferius in *Tit. de injuriis & damno dato. §. 2.*
2. Dicitur III. *vel ipsius rei, vel usus aut possessionis*: etenim qui alteri rei suae usum per contractum commodati, vel locati, vel similem concessit, si deinde eandem rem ante praefinitum tempus clam ab eodem auferat, non dicitur quidem furtum *rei* (utpotè quae prius ad ipsum peruenibat) sed *usus* commississe. Item si tertius rem commodatam auferat, is respectu commodantis furtum *rei*; respectu verò commodatarii furtum *usus* commisit.
3. Poterit furtum Jure Div. & natura illicitum esse tum ex præceptis Decalogi, tum ex *c. l. 1. §. 3.* dicitur. Unus tamen casus exceptus est, in quo rem alteri subtrahere non

est prohibitum, videl. casus extremae necessitatis, si forte fame vel alio incommodiore eundem esset. Ratio est, quod in tali necessitate redeatur ad primam naturam, & licet ant communes: nam ab initio omnes res rerum in sustentationem hominis communiter & indivisim pro omnibus creatae sunt. Licet verò ex postfacto divisio rerum inter homines intervenerit, hac tamen divisio non derogat rationi naturali, quae dicitur rebus temporalibus subveniendum esse minimum necessitati e: tremæ, ad quorum sum ordinatæ sunt. Unde S. Ambrosius in *c. sicut ij. 8. dist. 47. e furtivum non est, inquit, quem tu detines, nudum pro indumentum est, quod tu reclusis occupas*. Quare ulterius consequitur, talem occupationem non censi domino iniuriam, quod is jure naturæ consentire videtur, non possit rationabiliter esse in viros, quæ per res suas in extrema necessitate committitur subveniatur.

Nec obstat *cap. si quis propter necessitatem. 3. h. 1.* ubi dicitur, furantem in necessitate jejunare vel restituere debere: non communiter accipitur de furante in necessitate quidem, sed non extrema, ubi alia mens alimentandi supersunt, secundum *Canonem in kelecti. c. peccatum. de R. J. in d. p. 1. n. 3.* vel certe, si quis nimis magnam quantitatem, plus quam opus habuisset, subtraxisset, juxta *Constitutum Caroli V. a. 166.*

Utrum autem ad restitutionem tenetur qui in extrema necessitate furtum fecerit, pinguiorem fortunam deveniat, non merito dubitatur. Negative enim respondet *in rei h. furtum. q. 1. ex eo quod in necessitate fieri communes, & contra propriam occupantis, rem autem tranquillam nemo restituere tenetur. Affertiva tamen verior videtur, quam tenetur. dicitur loco. n. 4. nam in necessitate*

dem omnia sunt communia, sed tantum juxta recte rationis moderamen, quae recta ratio in eo consistit, ut alterius necessitas iubeatur, & domino, si fieri potest nullum damnum inferatur: quod eveniet, si res aliena non simpliciter tanquam propria, sed sub ratione mutui accipiatur, & suo tempore habitis facultatibus restitatur.

Ceterum pro furto simplici sine armis, violentia, vel sacrilegio patratu olim plerumque *Civilis* tantum *actio* dabatur, scilicet contra furem *manifestum* (id est, deprehensum vel inelamatum, antequam rem ad tantum locum deportaret) in *quadruplum*: contra furem autem *non manifestum* in *duplum*. §. 3. & 5. *Instit. de Obligat. quae ex delicto*. prohibuit enim Imperator Justinianus in *nov. 134. c. 13.* ne pro furto aliquis mortem vel mutilationem membri sustinere debeat.

Verum Carolus Imperat. quavis etiam hanc poenam Civilem permiserit in furtis minoribus infra 5. florenos (quo nomine Doctores florenos aureos sive solidos & ducatos Ungaricos intelligi volunt cum Berlichio p. 4. *consul. 43. n. 29.*) *non manifestis*, & *manifestis* circa personas honestioris conditionis, cum quibus spes aliqua emendationis esse potest, sicut *a. 157.* habetur; in aliis tamen furtis, praesertim circa personas viliores capitale supplicium constituit, ita quidem, ut si furtum fuerit periculosum, seu male qualificatum, & fur armis se accinxerit, alias aedes conseriderit, vel effregerit, vel certe furtum in notabili quantitate tertio iteratum sit, viri laqueo suspendantur, foeminae vero juxta loci ejusque consuetudinem alio mortis genere afficiantur, habitam tamen consideratione aetatis & imprudentiae delinquentis.

Si vero furtum profus simplex sine armis vel effractione, aut ascensione extiterit, & poena tantum vel altera ad summum vice ite-

ratum, mitior quam mortis poena, scilicet fustigationis vel relegationis infligitur: sitamen primum etiam furtum contigerit circa valde magnam quantitatem cum magno alterius damno, tunc poena exasperari, & juxta arbitrium judicis, ac prudentum virorum etiam nonnunquam ad poenam mortis procedi poterit, prout haec omnia deductis traduntur in ipso textu *Constitutionis Carolinae d. a. 157. & seqq.* Videri etiam poterit Berlichius *cit. loc.* & Matthaeus Stephani, qui in *Constitutiones Carolinas speciales annotationes* conscripsit.

Sed dices: quo jure Carolus V. poenam mortis pro furto constituit, cum tamen nec in Veteri Testamento *Exod. 22.* neque Jure Justiniano hoc delictum morte dignum iudicatum fuerit? R. pro furto hodierno Jure constitutam esse poenam mortis, non tam ob gravitatem delicti, quam ob ejus frequentiam; si enim delictum aliquod nimis frequens in Republica esse incipiat, tunc ob bonum commune & tranquillitatem publicam conservandam, ac ad terrorem alii faciendum poenas exasperandas esse, tum ipsa ratio laudet, tum etiam satis constat ex *L. i. ff. de Abigeis*, ubi dicit J. C. abigeos, qui oves ex palaeis abigunt, & furantur, gladio puniri non ubique, sed ubi frequentius est id genus maleficij, alioquin in opus temporarium damnari. Nec obstant leges Veteris Testamenti: quia illae judiciales pro Judaeis specialiter latae sunt, nec adeo ligant in Novo Testamento, quin propter novas causas abrogari vel immutari possint.

De Jure Canonico non habetur pro furto circa Laicos specialis poena constituta, erit proinde arbitraria. Clerici vero propter furtum in notabili quantitate & maxime saepius iteratum, vel male qualificatum in primis sunt irregulares, ut ad ordines promoveri non possint propter infamiam,

kkk kkk 2

quam

quam ex tali delicto contrahunt. S ayr. *de Censur. lib. 7. c. 10. n. 8.* deinde pœna furti notabilis aut iterati in Clerico est depositio. *c. Presbyter. 12. dist. 81. c. cum non ab homine. 10. de J u d i c i i s.* Barb. *de Officio Episcopi. p. 4. allegat. 110. num. 10.*

- 9 Est tamen hæc depositio *verbalis* tantum, quando scilicet Clerico executio suorum ordinum, & promotio ad superiores ad perpetuum interdicitur, salvis interim adhuc privilegiis Clericalibus, non verò realis degradatio, quæ fit per detractionem habitus Clericalis, & traditionem Curia secularis: propter furtum enim utcumque male qualificatum Clericus nunquam solet tradi Curia seculari, cum id in Jure Canonico expressum non habetur, nisi Clericus contemptis omnibus censuris Ecclesiasticis prorsus incorrigibilis remaneat. *d. c. cum non ab homine.* Licet verò leges Carolinae sine distinctione personarum pro furtis tertio iteratis, vel male qualificatis pœnam mortis statuerint; notum tamen est, quòd leges Civiles & Imperatoria, præsertim verò pœnales non obligent Clericos, *c. Ecclesia. 10.*
- 10 *Ibi Doctores de Constit.* Illud etiam adnotari potest, quòd Episcopus Clericum ob furta depositum iterum restituere, & ad ordinem habitare possit per textum *in c. et si Clerici. 4. §. de adulter. iis. de J u d i c i i s.* Barbos. *d. loc. n. 32. cum aliis ibi allegatis.* Sicut non ita pridem in hac Diœcesi practicum est, sub ista tamen moderatione, ut depositus prius omnibus, quibus per furtum damnum intulit, satisfacere, & deinde ad evitandum scandalum (quia post restitutionem saltem aliqua læsæ æstimationis nota remanet) alibi quædam in loco delicti admissi ordines suscipere, & susceptis ministrare jussus fuerit.

## TITULUS XIX. De Usuris.

Multorum ingenia, plurimum veterum scientias terquet hæc materia de Usuris; & si ulla alia, certe hæc difficilis & practica est, dum passim homines diversas negotiationes cum pecunia intrant, ex eaque lucrum querunt, cum tamen frequenter talia lucra illicita & usurarius putentur, ac non tantum in foro interpocaminosa, sed etiam in externo verisus digna censentur, ut proinde operæ precium sit rem totam ex fundamentis intrare. Sit igitur

§. I.

Quid sit Usura, & quo Jure prohibita?

SUMMARIÆ.

1. Usura quid?
2. Usura proprie tantum in mutuo contrahitur, si eo aliquid temporale pretio estimabile recipitur.
3. Usura quidem requirit pactum, sed id aliquando est implicitum.
4. Usura quædam licita, seu compensatoria dicitur, sicuti, aut tam in emergentibus.
5. Usura Jure Divino, naturali, & humana prohibita.
6. Quæ ratione DEVS concesserit ludam furtum gentibus exercere.
7. Explicantur alii textus Scripturæ.
8. Cur Usura etiam Jure naturali prohibita?
9. Sub nomine mutui potest aliquando licite contrahi licet.
10. Usura non possunt aliqua lege permittere.
11. Peccant graviter contra Justitiam, qui ludam alius exercitium usurarium concedunt.
12. An peccet debitor solvendo usuram?

Usura apud Latinos usum, vel potius magis accommodè ad sensum, *fructum* & utilitatem ex usu et proventum significat, veluti Cicero *in Verrem* cur pyrælis ait, *lucris usuram dicitur*

idem de Senectute: errat, inquit, nunquā sine usura reddat, quod accepit. Verūm ad præsentem materiam varias usure descriptiones & definitiones adferunt Interpp. ex quibus omnibus sequentem colligo & definitio, usuram esse quidquid ex mutuo temporale & pretio estimabile per actum lucri causā sorti seu debito principali accedit. Consideremus singulas hujus definitionis particulas.

Dico I. ex mutuo: nam usura proprie tantum in contractu mutui committitur, per text. DD. communiter in c. 1. causa, 24. q. 3. sicuti & sententia Christi paulo post citanda de solo mutuo loquitur. Est enim mutuum ex sua natura contractus gratuitus, ubi regulariter sufficit, pecuniam mutuo acceptam sine alio additamento mutuanti reddere. In aliis verò contractibus, ut in emptione, venditione, permutatione, locatione & similibus, potest quidem committi dolus vel iniquitas habens annexam obligationem restitutionis, ut si res carius iusto pretio, aut vitiosa vendatur &c. sed non usura proprie adiecta, deoque nec ibi penæ specialiter contra usurarios late locum habent, nisi quatenus aliquando palliatum mutuum continet, prout ista omnia in hoc & etiam in sequenti si magis declarabimus.

Dico II. Temporale: si enim pacificaris cum mutuuario, ut præter restitutionem pecunie mutuatæ teneatur tibi conferre beneficium Ecclesiasticum, vel dare rem aliam spiritualem aut sacram, potius simonia quam usura commissā dicitur.

Dico III. Pretio estimabile: unde quamvis de Jure Civ. usura proprie in pecunia numerata consistere videatur l. eos. 26. §. 1. & passim. C. b. t. Panor. ad rub. hujus tit. n. 4. de jure tamen Can. (quod circa usuras tanquam in materia peccati & conscientiæ prævalet Juri Civili) usura censetur, licet res alia quam pecunia ultra fortem à mutuata-

rio exigantur, ut v. g. certam quantitatem frumenti solvat, & certas operas præstet, ut actionem, quā contra mutuantem habet, remittat, &c. c. 2. & 3. causa 14. q. 3.

Natantur autem loquor, si talia ultra capitale mutuatum exigantur: nam si, quod aliquando fieri solet, operario vel opifici volenti à te mutuare pecuniam, eandem tribus cum pacto, ut is nullam quidem pecuniam restituat, sed pro ea operas præstet, vel opus aliquod conficiat, non erit usura, sed contractus licitus, atque idem, ac si operario, mercedem anticipatō dedisses, dummodo operæ non plaris aestimentur, quā pecunia numerata.

Dico IV. per pactum: id est, ut mutuarius ex obligatione contracta teneatur aliquid ultra fortem principalem mutuanti solvere. Quare secus est, si mutuarius propria sponte ex mera liberalitate vel gratitudine mutuandi aliquid tribuat, prout in simili de Simonia dicitur, non esse Simoniam, si pro re spirituali absque præcedenti pacto aliquid liberaliter oblatum accipiatur: si enim mutuarius posset cuique alteri res suas donare, cum quilibet rei lux moderato sit & arbiter. l. in re mandata. 21. C. Mandati. sanè mutans, qui ei mutuando beneficium præstat, non debet esse deterioris conditionis, ut manus pro beneficio liberè oblatum accipere nequeat, cum naturalis ratio hominibus obligationem antidoralem, seu reciproce gratitudinis erga benefactores imponat.

Interim tamen, quia antidoralis obligatio ordinariè tantum moralem honestatem non Juris vinculum, aut actionem vel ex actionem inducit, neque obligat ad certum & determinatum gratitudinis actum in specie, sed aliquam gratitudinem in genere, ideo non auferem à peccato usuram, saltem mentalis excusare illos, qui liberalitatem

tem & gratitudinem non tam expectant, quam torquent, & indigentibus hominibus non aliter mutant pecunias, quam sub spe promissionis & etiam exactione largæ remunerationis. Id quod satis probat text<sup>9</sup> in *c. consiluit. 10. h. t.* ubi Pontifex usurarium iudicat illum, qui (utimur verbis ejusdem cap.) *non alias mutuo traditurus, eo proposito mutuum pecuniam credit, ut licet omni conventionione cessante plus tamen forte recipiat.* Sunt tamen nonnulli, qui cum Less. *de Justitia & jure. l. 2. c. 20. n. 34. & 56.* hunc textum exponunt de eo casu, quando non sub ratione gratitudinis, sed sub ratione justitiæ & obligationis civilis aliquid ultra sortem exigitur. Hac tamen interpretatio non videtur textui generaliter & sine tali distinctione loquenti satis convenire: nam obligatio civilis & justitiæ, cum ex ipso contractu mutui, utpote gratuiti, esse nequeat, necessariò ex conventionione & pacto accedente esse deberet, Pontifex autem supponit omnem conventionionem, quæ obligationem civilem inducat abesse, & in eo magis se fundat, quod mutuoans non velit aliter mutuoare, quam ut aliquid ultra mutuatum pecuniam quocunque deinde titulo vel colore sive justitiæ, sive gratitudinis, à mutuuario recipiat. Idque confirmatur *ex cap. 2. vers. alii. c. 3. vers. si quis. causa. 14. q. 3.* ubi SS. PP. *donativa & munuscula* (intellige, non liberâ sponte oblata sed exacta) à debitoribus recipientes usurarios reputant; *munuscula* autem & *donativa* utique rationem justitiæ non habent, sed remunerationis.

Ratio autem fundamentalis mihi videtur, quod usura principaliter prohibita sit, ob gravamen indigentium, qui spe recipiendæ pecuniæ cum suo detrimento qualibet pacta etiam facillè in eunt. Est verò etiam gravamen indigentium, si sciant, se pe-

cunias aliter obtinere non posse, quam liberaliter donent mutuari non sine damno suarum facultatum, tales proinde donationes in effectu parùm differunt à pacto propriè usurariis, quia utrinque lucrum certum est, non voluntate libera datum, sed necessitate recipiendæ pecuniæ extorum. Quare cum dicimus usuram tantum ex pacto esse, ita explicari debet, ut sit ex pacto, ut etiam ex tali actu, qui pacto factententio *æquivaleret.* atque hanc nostram sententiam docet Syl. *Verbo Usura. f. 1. n. 1. & 2. Cov. Variarum Resolut. l. 1. c. 1. ult. n. 4. Navar. in Commentario de Usura. tit. 10.*

Dico denique *lucris causâ*, & quæ hoc lucrum debet esse ex mutuo tantum fructus pecuniæ mutuata, non vero ex aliâ causa prorsus à mutuo separata.

Idèò non erit usurarius centensius Dominus vel Parochus, qui colono, vel parochiano mutuo dat frumentum pro semine, aut pecunias pro emendis rebus ad culturam agrum necessariis, eâ conditione, ut tâto diligentius & sine diminutione pensionem annuam pro locato prædio rustico, aut decimas pertinetur: quia istæ pensiones & decimæ debentur ex alia causa, quam ex mutuo, sicut ex contractu locationis & jure parochiali.

Item neque ille lucrum capit, sed suum consequitur, adeoque & ab usura immunus est, qui debitori novum mutuum præstat, eo pacto, ut id unâ cum veteri debito citius sibi restituitur. Henr. *Canil. de Usuris. cap. 1. n. 6. arg. c. 1. in fine h. t.*

Præterea aliquando à mutuuario aliquod exigere potest ultra sortem per modum *interesse & compensationis*, quando scilicet sua interest, pecuniam non dari mutuo. Unde DD. communiter & rectè usuras dividunt, quòd aliæ sint *mere lucratorie*, & propterea illicitæ, aliæ verò *compensat-*

ENGEL

ria, & licita. Atque hoc interesse creditoris, ob quod fit compensatio, rursus duplex constituunt: unum, quod vocant *interesse lucri cessantis*, & alterum *interesse damni emergentis*. Interesse *lucri cessantis* dicitur, quando creditor ex pecunia potuisset alibi honestum lucrum sperare, ut si eandem mercaturam, emendis prædiis, aut redditibus annuis applicasset, &c. & nihilominus neglecto illo lucro in gratiam amici mutuum dederit, quo casu non inique aliquid ultra fortem petit creditor, ne officium suum & beneficium alteri præstitum sibi damnosum sit. *L. sed si quis 7. ff. Testam. quem admodum aper.* Quamvis autem And. Gail. *Lib. 2. observ. 6. n. 2.* ex praxi Camerae Imperialis non videatur admittere *interesse lucri cessantis*, nisi in mercatore solito negotiari: Communis tamen opinio est in contrarium, teste Canisio dicto *cap. 1. n. 8. Navar. in Man. Cons. ff. c. 18. num. 211.* nam eadem æquitatis ratio, quæ facit, ut mercator æstimare possit carentiam lucri, etiam in aliis hominibus militat, dummodo quantitas *inter. ff.* hujus arbitrio boni viri æstimetur, & consideretur, lucrum speratum potuisse variis ex causis & accidentibus incertum fuisse.

Interesse *damni emergentis* appellatur, quando creditor propterea aliquid exigit à debitore, quod ob mutuam pecuniam ipse non tantum lucro caruerit, sed insuper damnum aliquod in rebus suis passus sit; ut quia ob defectum pecuniæ domus non restituta corrui; vel quia mutuavit frumentum, & cum id suo tempore non redderetur, creditor interea coactus fuit alibi cariiori pretio frumentum emere, &c. Ubi sane debitor gravari non debet, ut creditorem indemnem servet, ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur. *l. non debet. 74. ff. de l. f.* & beneficium creditoris sibi ipsi damnosum sit. De utroque hoc interesse

*lucri cessantis & damni emergentis* textus est expressus. *in l. 3. §. ultimo. ff. De eo, quod certo loco l. un. C. de Sententiis, quæ pro eo, quod interest, &c.* Utrum autem interesse *lucri cessantis*, & *damni emergentis* in pactum deduci possit, aut peti, etiam si debitor in mora non fuerit, & nunquam pro solutione interpellatus, *in §. sequenti* dicemus, ubi sæpius de hac materia mentio incidet.

Post applicatam usuræ definitionem restat, ut videamus, quo jure usuræ prohibita sint. Et in primis contra Carol. Molinaum *in Tractatu de Commercialibus n. 7. & 11.* pro certo tenendum est, usuras etiam juxta moderationem juris Civilis exercere, esse peccatum, ita ut qui contrarium pertinaciter affirmare ausus fuerit, in eum, tanquam hæreticum, animadverti debeat juxta constitutionem Concilii Vienen. *in Clement. un. §. sane hoc. tit.*

Etenim ex communi DD. sententia usuræ non tantum jure humano Ecclesiastico, sed etiam Divino & naturali prohibita sunt: prout id expressè affirmat Pontifex *in c. 4. h. t.* ubi dicit: *quod usuras utriusque testamenti pagina detestetur &c.*

Quod igitur attinet ad Testamentum vetus, habetur *Deuteronom. 23. vers. 19. non sueneraberis fratri tuo* (id est, qui ejusdem fidei est, sicut Apostoli omnes Christianos appellarunt fratres *Act. 1. & 6. c.* & sæpius alibi) *ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem.* Item *Ezechielis c. 18. vers. 8.* dicitur: *qui ad usuram non commodaverit, & amplius non acceperit: hic justus est, & vita vivet.* Denique *in Psal. 14.* legitur eum habitaturum *in tabernaculo Domini, qui sagreditur sine macula, operatur justitiam, loquitur veritatem, & pecuniam suam non dedit ad usuram.* In novo Testamento *Luc. 6. cap. vers. 35.* ait Christus: *benefacite,*

facite, & mutuum date nihil inde sperantes; hoc est, nihil ultra, quam dedistis, lucri causâ recipientes.

6 Verum contra istos Scripturæ textus aliqua argumenta opponuntur, quæ breviter referemus & resolvemus. I. In illo loco *Deuter. 23.* dictum est, *non faveraberis fratri tuo, sed alieno.* ergo videtur consequens, usuras non esse malum intrinsecè, & Jure naturæ prohibitum, alias Judæis à Deo non fuisset concessum usuras erga alienos sive gentiles exercere, sicut extra bellum, & sine causâ non licet occidere gentilem & infidelem, cum occisio innocentis intrinsecè & jure naturæ mala sit. R. duplicem adferri hujus objectionis solutionem: prima est, quòd Judæis olim concessum fuerit usuras exercere cum gentilibus ad vitandum majus malum, ne scilicet cum suis fratribus & Judæis id facerent, sicut ex D. Thom. refert *Canis. dicto c. 1. n. 22.* aliquando enim inter duo mala, quorum utrumque vitari nequit, tolerari potest minus malum ad vitandum majus, non quidem approbando, sed dissimulando minus. Altera solutio, quæ magis mihi placet, est, quòd DEUS Dominus universi omnes gentilium facultates, & terras tradiderit in potestatem Judæorum, proinde cum illas facultates potuissent gentibus per arma & bellum auferre, poterant etiam per usuras, sicut *Exod. 12. cap.* eisdem Judæis concessum fuerit, ut *Egyptios* spoliarent vasibus argenteis & aureis ac vestibus sibi commodatis. Quam interpretationem etiam probat Div. Ambrosius relatus in *cap. ultimo. causa. 14. q. 4.* cui jure, inquit, *inferuntur arma, huic jure indicuntur usurae, sine gladio se de hoste uti scit, qui fuerit usurarius exactor inimici.* Est tamen advertendum, quòd hoc sensu & casu usura sumatur in generaliiori significatione pro quolibet usu vel lucro, non in specie quatenus ex

Etum illicitum & malum intrinsecè; tunc *usura* peccatum est, quando ex soluta mutui aliquid ultra sortem accipitur: si vero, si ex alia causâ a mutuo separatur *jure belli*, teste D. Ambrosio *in d. cap. ult. n. 22.* multò magis jure Domini jam prius Deo addicti, quemadmodum etiam dicitur esse *usuras compensatorias*, in quibus causa lucri cessantis, vel damni emergentis aliquid ultra sortem exigitur, quæ quidem dicuntur, sed peccaminosa non intelliguntur.

II. Opponitur alius locus apud *Luc. 19. cap.* ubi Dominus reprehendit deum quòd pecuniam suam non dederit *usuram*. R. per hanc parabolam Christus non approbare usuras, sed tantum retere hanc hominum, eosque commoneat, ut cum istis lucris terrenis & periculis solliciti multò magis debeant esse solliciti in bonorum operum, & lucro vite æternæ sicut etiam de villico defraudante, quod suum similis parabola apud eundem *Luc. 19. cap.* habetur.

III. Videtur, quòd ille textus *Luc. 19. cap. mutuum date, nihil inde sperantes*, non accipiendus tantum de consilio, non autem de præcepto Evangelico: quia dare mutuum non est de præcepto, sed de consilio & caritate. R. priorem partem hujus textus, licet: *mutuum date*, non esse quantum ad præcepto, esse tamen partem alteram, *nihil inde sperantes*. Quòd debet colligi ex verbis veteris testamenti prohibentibus usuras, quos supra allegavimus. Nam Christus non venit solvere legem, sed adimplere *Matth. 5. cap. vers. 17.* Similis ratio habetur *Psal. 75. vers. 12.* *vovete & nolite violare, non est præcepti, sed potestatis violare, juxta illud Deuter. 23. vers. 20.* *nolueris polliceri, absque peccato*



quod autem semel egressum est de labiis  
tuis obseruabis, & facies sicut promissisti  
Domino DEO tuo, &c.

Quod autem Jure Naturæ, siue naturali  
ratione usura illicita sit, probat Cov. Var.  
Resilut. lib. 3. c. 1. & cum eo communiter  
DD. hoc argumento: vel enim creditor capi  
tur lucrum ex mutuo pro ipsa sorte, vel pro  
usu ejus: sed neutro modo citra iniquitatem  
potest lucrum capere. Non enim pro ipsa  
sorte: quia justitia commutativa, quæ in  
contractibus obseruatur, desiderat æqualita-  
tem, & non permittit, ut pars contrahens  
plus reddere teneatur, quam accepit; ita in  
permutatione vel emptione pro equo valente  
in summo pretio centum florenos, non pot-  
est accipi alius equus, vel quantitas pecunia-  
ria centum imperialium. Similiter ergo &  
in mutuo pro centum florenis mutuo datis  
non licet accipere plus, quam centum flore-  
nos. Sed neque pro usu sortis lucrum peti  
potest: quia usus vel utilitas cujuslibet rei  
pertinet ad dominum, mutuatarius autem  
efficitur dominus rei mutuatae (mutuum  
enim inde nomen accipit, quod ex meo tu-  
um fiat, l. 2. §. 2. ff. de Rebus creditis.)  
ergo ad mutuatarium & non ad mutuante-  
m usus pertinet. Et cum mutuum tantum in  
pecunia, vino, frumento & similibus rebus  
usui consumptibilibus consistat, usus ejus à  
dominio separari non potest: *L. hoc Sena-  
tusconsultum. §. in fine. ff. de Usuryrucl u  
earum rerum, quæ usu consumuntur.* Hinc est,  
quod in contractu locationis, si v. g. alteri  
per annum locem aedes meas, vel agrum  
meum magis quam in mutuo aliquid pe-  
ti possit ultra restitutionem domus vel agri:  
quia in hoc contractu locator manet Domi-  
nus, & consequenter utilitas ex re sua à con-  
ductore percepta ad ipsum respicere debet.  
Præterea locatio est rerum talium, quæ per-  
manentes usum & utilitatem adferunt, pecu-  
ENGELIN DECRET. LIB. V.

nia autem sua natura sterilis est, ejusque  
usus in exponendo seu abusu consistit. Quod  
& Aristoteles Divinâ lege destitutus solo lu-  
mine naturæ agnovit, dum 1. *polit. cap. 7.*  
ait: *maximè præter naturam esse hunc  
acquirendi modum, ut in fenore numus  
numum pariat.*

Si verò alicui ista rationes nimis subtiles  
videantur, is apprehendat aliam, quam tradi-  
dit Coralius *Lib. 3. Miscel. cap. 21. m. 7.*  
quod usuræ ideò naturali æquitate inspectâ  
illicitæ sunt, cum absorbeant egentium for-  
tunas, dum hi in necessitate constituti pecu-  
niis à fœneratoribus sub quacunque lege ac-  
ceptis tandem ad summam inopiam redigan-  
tur, nova semper debita contrahentes. Item,  
quod iniquum sit, actum charitatis & socie-  
tatis humanæ, qui in mutui datione consistit,  
ad proprium lucrum & alterius damnum  
convertere. Unde si quis objecerit contra  
prioris rationes, creditorem saltem aliquâ  
ratione comparari posse dominum retinên-  
ti, sicut qui actionem ad rem repeten-  
dam habet, rem in suis bonis habere vi-  
detur. *L. 15. qui actionem. 15. ff. de R. I.*  
*L. id apud se. 143. ff. de V. S. L. rem in bo-  
nis. 52. ff. de Acquir. rer. dom.* Item quod  
contractus ex conventionione partium etiam  
contra vel præter ordinariam suam naturam  
legem accipiant. *c. contractus. 85. de R. I.*  
*in 6. l. contractus. 23. ff. eod. tit.* Sanè dif-  
ficilis erit responsio, nisi juxta hanc postero-  
rem rationem dicamus, allegatas Juris regu-  
las non procedere, si exinde proximus con-  
tra æquitatem & Christianam charitatem  
damnificetur, ita enim leges ex bono & æ-  
quo interpretari oportet, ut sint conformes  
illi generali juris præcepto *aliterum non le-  
dere. §. 3. inst. de I. & I. placuit. s. c. de Ju-  
dic.*

Non relevat creditorem, si dicat, se debere  
interim carere pecuniâ cum periculo, ne for-  
tassis

tassis debitor planè depauperetur, & nunquã restituat, atque idèd se non iniquè aliquid ultra fortem petere. Nam cum sit in arbitrio creditoris, an velit mutuare, nec ne, sola carentia pecuniæ, quæ ex ipsius voluntate processit, non est iustus titulus ad aliquid amplius exigendum, nisi sit conjuncta cum interesse *lucris cessantis, vel damni emergentis*. Periculum verò amittendæ fortis aliquando quidem facit jus, ut rectè aliquid præter fortem petatur; sicut *in §. sequenti* dicemus, sed id tunc demum: si per pignora aut fidejussores non possit creditori satis cautum esse: debet quoque cogitare, etiam retentam domi pecuniam non fuisse extra omne interius periculum.

- 9 Deinde etiam hîc obiter notari potest, si quis à te roget mutuum non causâ necessitatis suæ, sed utilitatis quarendæ, volens honestam negotiationem instituire, prædia emere, & lucrum ac fructus ex hac pecunia quarere, poteris cum eo tale pactum facere, ut is præter pecuniam acceptam teneatur tibi aliquam partem lucris restituere & communicare; talis namque contractus in effectu est species *societatis*, contractus de jure gentium liciti, in qua alter pecuniam, alter operam confert, §. 2. *Instit. de Societate*. Imò sicut in multis contractibus *mutui* nomen non habentibus, cum gravamine tamen proximi initis, potest latere implicitum mutuum & usura, per ea, quæ tradentur *in §. seq.* ita, cum contrariorum eadem sit ratio, sub nomine *mutui*, præsertim à plebeis, & Jurium ignavis prolato, ubi proximi potius augmentum, quam damnum quæritur, potest subesse implicitus alius contractus *societatis*, *emptionis*, *ensus* &c. ut inferius ad finem Tit. dicemus.

- 10 Cæterum cum usura Jure divino & naturali prohibita sit, non potest ullo modo fieri licita, nec dispensatione Pontificis, qui non

dispensat contra Jus Divinum & naturale, *super eo. q. hoc tit.* Nec consuetudines contra Jus Divinum & naturale sunt immutabiles, §. *sed naturalia. 11. Instit. d. l. N. G. & C.* diuturnitas temporis peccatum non mutat, sed augmentat: ac multitudo peccatorum non parit peccato patrocinium, *cap. nulli de Consuetudine*: Nec favore patrum veterum, videlicet ob utilitatem Ecclesiarum, pauperum vel redemptionem captivorum, *cap. 4. hoc tit. c. 1. & seq. causa. 14. q. 5. molantis enim ex iniquo oblatio est molata, & dona iniquorum non prodest Altissimus. Eccles. 34. v. 21.* Nec derogat ex legibus & statutis Principum ac Dominorum sæcularium: quia nec ipsi immunitatem peccati aliquid contra Jus Divinum hæc possunt, *Clem. un. h. t.*

Unde quamvis leges civiles permittere usuras personis illustribus, & nec omnino cum quadam moderatione, ut scilicet maxima usura essent *duodecim pro centum*, que solum in *fenore nautico*, ubi periculum erat mutuantis: communes verò usurae *sex*, vel etiam *quatuor pro centum*, *l. eos 26. C. h. t.* interpretatur *Less. lib. 2. c. 20. n. 33.* has tamen leges non excelsiora peccato (nisi quatenus interesse *lucris cessantis* vel *damni emergentis*, aut iusta ratio *proculi* concurrat) contra Carolum Motham loco supra citato communiter sentiunt Catholici Doctores.

Sed iidem DD. concedunt, ad vitandum majus malum valere legem, quæ certum modum usuris statuat, non quòd ex hoc licita reddantur, sed ne usurae, si cum pretextu *lucris cessantis, damni emergentis, aut periculi* nimium à debito usurarum torqueant; prout hodie in Imperio usurarum usitatum est, *ut §. pro 100.* exigantur, qui secundum talem moderationem usura exegerit, in foro externo, quantum ad peccatum

non censetur usurarius, eo quod praesumatur, has usuras non esse merè *lucrativas*, sed *compensatorias* lucri cessantis vel damni emergentis, cum quilibet ex 100. facile annuatim possit 5. lucrari, si pecuniam emendis praedijs aut alteri honesto negotio applicet.

Inerim tamen, si pecunia vera apud mutuantem fuisset otiosa, & nihil sua interit, eam mutuo dari, volunt plerique, talem in foro interno seu conscientia (ubi non ex praesumptione, sed ex veritate proceditur) haud esse immunem ab usura, praesertim si debitor necessitatis causa, non lucri & utilitatis, sicut paulo superius diximus, pecuniam mutuatam acceperit. Videatur Henric. Canif. de Usuris c. 1. n. 9. Ubi ex verbis Recessus Deputatorum Imperij Spirae celebrati Anno 1600. & à Rudolpho II. confirmati demonstrat, Jure Imperij §. pro 100. tantum ex praesumptione *lucris cessantis*, vel *damni emergentis* permitti.

Praeterea *in c. 1. h. tit. in 6.* graviter, & sub censuris prohibet Pontifex, ne Christiani praesertim Ecclesiastici, in suis terris alienigenas exercentes usuras habitare permittant: & mortaliter adversus Justitiae legem peccare Magistratus, ait Paul. Laym. *in Theol. moral. lib. 3. tract. 4. c. 6. sub n. 4.* qui Judaeis, aut alijs, usurarum licentiam dant cum obligatione seu pacto magni tributis solvendi; ex hoc enim cooperantur peccato usurarum; & inde fit, ut ad solvendum istud tributum Judaei vel alij usurarij usuras augere & pauperes magis opprimere cogantur.

Demum pro coronide hujus §. etiam inquirendum est, an non tantum creditor peccet exigendo usuras, sed etiam debitor eas promittendo? Negativa satis evincitur *ex c. debitor. 6. X. de Jurejur.* Ubi dicitur, quod debitor, qui sub juramento promisit solvere usuras, teneatur hoc juramentum

servare, quamvis postea autoritate Magistratus creditor compelli debeat, ut usuras restituat. Unde subiungitur, obligatio, cui accedens juramentum validum est, & servandum, non est peccaminosa, quia juramentum cum peccato & contra bonos mores, non est obligatorium juxta regulam 58. *Juris in 6.* sed huic obligationi, qua debitor promittit solvere usuras, potest accedere juramentum validum & servandum, ergo &c. Et quidem quod debitor non peccet peccato usurae, res per se clara est, neque enim ipse lucrum ex mutuo quaerit cum alterius gravamine, sed ipsemet gravatur, & alteri in re sua lucrum concedit. Tota verò difficultas est, an non peccet debitor tanquam complex & consentiens peccato creditoris? nam si debitor usuras non promitteret, creditor exigere non posset, Apostolus verò *ad Rom. 1. cap. in fine* consentientes peccato equiparat peccatum facientibus. Nihilominus dici potest, illum consentium esse peccatum, qui non tam ex necessitate, quam ex complacentia peccati procedit, vel qui est causa peccati in altero. At debitor promittens usuras nec habet complacentiam in peccato usurarum, vellet enim mutuum gratis accipere; nec movet creditorem ad usuras exercendas, cum is aliàs ita constitutus supponatur; ut sine usuris credere pecuniam nolit, sed necessitate magis accipiendae pecuniae consentit, veluti si latroni exigenti pecuniam promittat, utique per hoc non dicitur peccaminosè in peccatum latrocinij consentire.

## §. 11.

## De specialibus quibusdam Pactis, an sint usuraria?

13. An oporteat interesse in pactum deducere?

14. Propter periculum aliquando potest aliquid exigi ultra sortem.

15. Explicatur c. naviganti, de Usuris,

16. Montes pietatis an usurarii?

LII III 2

27 Dispu-

17. Dissolutio de pacto antichrysis.  
 18. Pactum de retrovendendo an licitum?  
 19. Olla fortana excusatur ab usuris & ab iniquitate, non tamen expedit Reipub.  
 20. Venditor ob dilatam solutionem an possit pretium auferre?  
 21. Sine licito emere chirographa debitorum pro minore pecunia?  
 22. Examinatur prolixè contractus censualis.  
 23. In specie de censu personali, & qualiter differat à mutuo?  
 24. De Cambio, & ejus lucro.

13. **Queritur I.** ante interesse lucri cessantis, vel damni emergentis possit à creditore statim tempore dati mutui in pactum deduci? Respondeo affirmativè: nam quod justè possum exigere, possum etiam in pactum & obligationem expressam deducere. Imò si creditor ab initio hoc interesse in pactum non deduxerit, ex postfacto non poterit id aliter ab invito debitore petere, quam si debitor in mora fuerit, hoc est, si interpellatus à creditore (qui voluit alibi honestum lucrum querere, vel damnum emergens præcavere) non solverit: aliàs enim debitor rectè excipiet, si scivisset, tanti creditoris ob mutuam pecuniam interesse, se vel pecuniam ab ipso non fuisse mutuam accepturam, vel certè interpellatum fuisse illicò soluturum. Si tamen mutuum ad certum tempus contractum sit, tunc elapso illo tempore, si debitor non solverit, hoc ipso & sine alia interpellatione constituitur in mora. Nam dies interpellat pro homine. Laym. dicto loco n. 10. Navar. in Manuali cap. 17. sub. num. 211.

14. **Queritur II.** an & quando ratione periculi admittenda fortis seu summæ capitalis mutuatae possit aliquid exigi? Plurimi Doctores tam Recentiores, quam Veteres sentiunt, res suas exponere periculo ob gratiam alterius esse pretio æstimabile, cum nemo teneatur gratis pro altero curas suscipere, & res suas jactare; proinde creditorem

circa iniquitatem posse aliquid pro horum riculo exigere, si illud subeat mutuantibus bitori, & debitor vel non velit, vel non possit dare pignora, aut fidejussores in solvuntatem debiti. Less. l. 2. c. 20. dabit. 13. Arog. Major. & alij apud Salas Tract. de Usur. c. 2. n. 33. ejusdemque sententia dicitur esse D. Thom. Opus. de Usur. c. 1. Qua ratione etiam sustineri possit talis contractus, si quis alicui det centum florenos pacto, ut si Sacerdos factus fuerit, & beneficium obtinuerit, restituat centum florenos, sin minus, nihil teneatur restituere. Item si quis mercatori curam re eunti mutuet centum eà lege, ut si non redierit, reddat 120. si vero navis perierit, ipse vel ejus heredes nihil reddere teneantur: dummodo in his & similibus casibus verum & probabile periculum sit amissionis fortis mutuatae, quòdque periculum prudentium virorum tanti valeat, quantum æstimat mutuator, & pro eo ultra non petit.

Verùm contra hanc doctrinam præ expressus textus in c. naviganti. 1. ubi dicit Pontifex: *Naviganti, qui ad mundanas certam mutuam pecuniam quantitatem, pro eo, quod suscipit periculum, receperunt aliquam utilitatem, usurarius est censendus.* Diversas veras excogitarunt hujus cap. interpretationes, ex quibus duæ mihi videntur præferendæ. Prima est, quod in hoc cap. omissa sit particula, non, & legendum rararius non est censendus. quod valde congruunt verba sequentia, dum ibidem præsubjungitur: *ille quisque, qui dicitur lidos, ut alio tempore totidem flos quo vini, vel olei mensura redactantur, licet tunc plus valeant, utrum plus minus solutionis tempore sint redacti, verisimiliter dubitatur, non dicitur*

hoc *usurarius reputari*. Ecce hic inprimis Pontifex per illam particulam collectivam, *ille quoque*, videtur inter hunc & priorem eadem paritatem facere, alias enim posuisset particulam aliquam adverbivam *v.g. ille vero, aut ille contra*. Deinde in posteriori casu propter periculum minuendi valoris earum rerum, quas mutuator loco pecunie stipulatus est sibi dari, excusatur ab usura, ergo etiam & multò magis periculum amittendi totius capitalis ab usura excusabit, ubi enim eadem est ratio, eadem est juris dispositio.

Si verò alicui magis placeat servare verba, prout vulgariter in corpore juris ponuntur, is dicere potest *secundo*, textum *in dicto c. naviganti*. accipiendum esse de eo, qui, ut possit aliquid ultra sortem lucrari, non vult aliter mutuari, quam sub tali pacto recepti in se periculi, hic propterea usurarius saltem mentalis est, quòd cogat mutuatarium pecunie indigum tale pactum secum inire, qui fortassis mallet ipse periculum (quod sperat non adeò magnum futurum) subire, ne teneatur aliquid ultra sortem solvere. Ita hanc interpretationem ex Syl. Medina & alijs adfert Less. *dicto c. 20. n. 116*.

*Quæritur III. Quid sint montes pietatis, & quâ ratione ab usura defendantur?* *Montes pietatis* in Italia & alijs etiam locis esse usitatos, & dici araria publicè constituta, ut ad ea indigentes quasi ad mortem refugium habeant, ne magis ab alijs usurarijs opprimantur. Nam ex his ararijs sive *Montibus* datur mutuum indigentibus eâ lege, ut pro mutuo pignus relinquere cogantur, & intra certum tempus recepto pignore pecuniam mutuam restituere, ac insuper exiguum aliquid adjicere: sin autem intra tempus præfinitum debitum solutum non sit, pignus vendi possit, ut detractâ sorte, exiguoque illo adjecto residuum de aestimatione pignoris debitori restituatur.

Porro quia, ut dictum, debitor ex his *Montibus* accipiens mutuum tenetur præter sortem etiam aliquid saltem modicum adjicere, olim valde dubitabatur, an hoc institutum *Montium* non esse usurarium censendum? Sed Leo in Concilio Lateran. *sess. 20.* unâ cum ipso Concilio hos *Montes* tanquam pium institutum approbavit, concedens Indulgentias adjuvantibus & erigentibus, prout in *Tom. Concil.* habetur. Item Concilium Trid. *sess. 22. de Reformatione. c. 8. 9. & 11.* inter *pia loca* etiam *Montes pietatis* numerat. Ratio verò, quòd isti montes usurarii non sint, ea redditur, quòd in iis ultra sortem aliquid detur non tanquam lucrum ex mutuo, sed pro sumptibus necessariis ad *Montis* conservationem pro stipendio ministrorum, qui *montem* administrant, & semper parati esse debent ad mutuandum, ad pignora recipienda, custodienda, pro libris rationum cæterisque necessariis.

*Quæritur IV. quid sit pactum antichryseos, & an citra usuram fieri possit?* *Antichrysim* esse pactum inter creditorem & debitorem, ut creditor tamdiu pignore uti, & fructus ejus lucrari possit, usque dum sibi pecunia mutuo data à debitore restituatur: *antichrysis* enim græcè significat *contrarium*, sive *mutuum usum* rei scilicet in pignus concessæ pro usu pecunie mutuo datæ. Textus & DD. *in l. si pecuniam 33. ff. de Pignoratitia act. & l. si is qui. 11. §. 1. ff. de Pignoribus*. De hoc igitur pacto magna est controversia, an sit usurarium censendum? Enim verò pro negativa (quam sustinet Alciatus *Lib. 2. diff. un. c. 3.* & alii apud Mynfingerum *Cent. 6. obser. 71.* & And. Gail. *Lib. 2. obser. 3.*) militat aliquot argumenta. I. quòd pactum *antichryseos* difertè approbetur *in dicta l. si pecuniam 33. & l. si is qui. item in l. si ea. 17. C. h. l. II. inc. 1. x. de Feudis* dicitur domi-

nunt lucrari fructus ex re feudali sibi à vafallo oppignorata. III. *in c. fatubi. n. cr. 16. b. 1.* decidit Pontifex, quòd maritus pro dote uxoris sibi debita accipiens à focero pignus lucretur fructus hujus pignoris, & non teneatur ob fructus interim ex pignore perceptos minorem dotem acceptare. IV. nihil videtur continere iniquitatis, si creditor ex fructibus pignoris lucrum faciat propter culturam & curam, quam in illis ferendis & colligendis impendit *arg. §. si quis à non domino. 35. Inst. de Rerum divisione.* ubi dicitur, bona fidei possessorem ex re aliena lucrari fructus saltem consumptos propter culturam & curam, quam rei aliena adhibuit. V. denique, si creditor emerit pignus pro ea summa, quam mutuare vult, cum pacto, ut pro eodem pretio liceret debitori, quandoque placuerit redimere, validum esset pactum, & creditor haberet rem, ex eaque fructus perciperet, usque dum sibi à debitore pretium redderetur. *l. 2. C. de Pactis inter empt. & vendit.* ergò si hoc licet creditori per pactum emptionis, licebit etiam per pactum *antichrystos*; vel enim utrumque est justum, vel neutrum, cum utriusque idem sit effectus, neque unà vià debeat permitti, quòd alià prohibetur juxta regulam *84. juris in 6.*

Verùm contraria sententia & quod pactum *antichrystos* regulariter usurarium reputetur, apud Theol. cum D. Thom. Cajet. Soto, & alijs ac Juris Canonici interpretibus hætenus prævaluit teste Hen. Canil. *de Usuris c. 5. n. 15.* Paulolay. *dict. c. 16. n. 17.* quibus ad stipulatur Pan. *inc. 1. n. 2. h. t.* & Cov. *Var. Resolut. l. 3. c. 1. n. 3.* Fundamentum est in *c. 1. & 2. h. t.* ubi aperte deciditur, fructus pignoris sine usura non cedere lucro creditoris, sed imputandos esse in exonerationem sortis, quatenus deinde minor fors, seu minus capitale restituatur, quo plures fructus ex pignore percepti sunt. Et

enim ut præcedenti §. dictum, ultra quicquid ex mutuo pretio allumabatur pactum creditor lucretur, sed hic per pactum *antichrystos* mutuo accedens lucretur fructus pignoris, ergo &c. Hæc enim facit *lex 1. 2. & 3. C. de Dignitatibus aetione.* ubi clare constituit Imperator, ut fructus pignoris in sortem imputentur. Ita tamen hæc sententia decernitur, ut fructus non possint cedere merito creditoris: locus autem si quodammodo vellet retinere jure compensationis, licet ratione *lucris cessantibus*, aliam emergentis, suscepti periculi, vel expensarum in custodiendum pignus, vel colligendum fructus factarum: non enim dicitur fructus nisi deductis expensis, *l. fructus. ff. Solutio matrimonii.*

Ad argumenta superius in contrarium allata responderi potest, & quidem ad primum, *l. si pecuniam, cum alijs in utroque* nihil relevare, eò quòd leges Civiles permissas usurarias, ac usurarios contractus derogentur per SS. Canones, *elem. antichrystos.*

Ad secundum dicitur, speciale esse in feudo, ut dominus ex eo sibi à vafallo oppignorato fructus lucretur, per *d. c. 1. de Feudis. & c. consequens. ff. h. t.* quod & idem de emphyteuti asserunt DD. modo interea vafallo servitia, si qua ex feudo præstare debeat, & emphyteute eas remittatur. Rationem verò specialitatis assignat Hostiensis & Panor. *in d. c. 1. quòd hæc sit natura feudi, & emphyteutis*, quam habet ex prima sui institutione, conventione vel consuetudine: cum enim in feudo emphyteuti *directum* dominium maneat penes dominum, & tantum *utile* transsit in vafallum, & emphyteutam, per oppignoracionem verò res tota revertatur ad dominum, videtur convenientius, ut ex partibus ipsi domino, quam alteri fructificet.

Ad Tertium similiter singulare esse, quòd

maritus ex re pro dote uxoris oppignora-  
ta fructus lucratur, idque ob compensatio-  
nem *lucris cessantis*; nam si dotem ipsam  
haberet, ex ea fructus lucraretur  
propter onera matrimonii, quæ subire de-  
bet. *l. dotis fructum. 7. ff. de Jure dotium.*  
ergo cum istud justum lucrum fructuum  
totalium ob dotem non solutum marito ab-  
sit, merito compensationem facit ex fructi-  
bus rei pro dote debita oppignoratæ, prout  
idem facere posset creditor quilibet in pi-  
gnore, si suâ interresset ratione *lucris ces-  
santis vel damnis emergentis*, ut dictum.

Ad quartum respondet Henr. Canif. *de*  
*Usuris. c. 5. n. 25.* quod sibi imputare debeat  
creditor, qui *culturam & curam* ex con-  
tractu illicito in rem alienam impendit, ut  
propterea idem creditor non *bonæ fidei*, sed  
*mala fidei* possessori sit potius comparan-  
dus, qui ob culturam & curam nullos pro-  
prios fructus lucratur, sed universos restituere  
teneretur. *l. certum. 22. C. de Rei vin-  
dicatione.* & licet fortè creditor fuerit in  
errore juris putans, fructus pignoris posse  
ex pacto suo lucro acquiri, nihilominus sci-  
endum est, errorem juris non prodesse ac-  
quirere, & lucrari volentibus. *l. juris. 7. ff.*  
*de Jure & facti ignorantia.*

Ad quintum dicendum est, inter em-  
ptionem pignoris cum pacto redimendi, &  
inter pactum *antichreseos* magnam esse dif-  
ferentiam. Nam si creditor pignus eme-  
rit, deponitur qualitas *creditoris, mutui*  
*& pignoris*, & empror efficitur *Domini*  
*us*, & fructus lucratur jure *dominii* ex re  
sua. Et deinde re emprâ casu fortuito vi-  
gencendio pereunte non potest amplius re-  
petere pretium, quia res perit suo domino.  
*l. 1. ff. de Periculo & commodo rei ven-  
ditæ.* quæ omnia se aliter habent in pacto  
*antichreseos*, ubi creditor non efficitur  
dominus pignoris, & consequenter fructus  
percipit ex re aliena, atque pignore sine sua

culpa pereunte nihilominus pecuniam mu-  
tuatam recetere potest. Interim licet  
emptio cum pacto redimendi ordinario Ju-  
re permilla sit, *d. l. C. de Pact. interempt.*  
*& venditor.* & etiam *antichreseos* hoc pa-  
cto, sicut & alijs titulis, ex quibus iuste ali-  
quid ultra sortem exigitur, cohonestari  
possit, teste Laym. *in Theol. mor. lib. 3. tr. 4.*  
*c. 16. n. 17.* id tamen procedit, si omnia bonâ  
fide agantur, si nimirum res iusto pretio  
vendatur: & creditor non sit solitus usuras  
exercere cogens debitorem pecuniæ indig-  
num ad talem contractum, aliàs non mu-  
tuaturus: nam ex modicitate pretii, consue-  
tudine foenerandi, & si rem intra certos an-  
nos non licuerit venditori redimere, ali-  
quando emptionem cum pacto redimendi  
censeri contractum *usurarium*, & præsu-  
mi tantum fictam emptionem, in effectu au-  
tem esse mutuum cum lucro ex pignore, tex-  
tus sunt *inc. ad nostram. 5. de Empt. &*  
*vendit. c. 4. de Pignoribus. l. 3. C. Plus va-  
lere quod agitur & c. & videri poterit*  
*Fach. l. 2. Controv. c. 12.*

Similiter, si quis contenderet, antichre-  
sin posse reduci ad aliquem contractum *in-*  
*nominatum*, *do ut des, facio ut facias*  
*& c.* concedo tibi usum mei prædii, ut mi-  
hi concedas usum tuæ pecuniæ & c. id for-  
tassis transiret, si nihil in fraudem usura-  
rum attentaretur, & contractus *innomina-*  
*tus*, qui certam legem non habet, sed totus  
ex conventionem & *præscriptis* partium *ver-*  
*bis* dependet & regulatur. *l. 3. & seq. ff.*  
*de Præsc. verb.* ita clausuletur, ut neutri  
parti gravis sit, & notabiliter, præsertim  
ratione periculi interitus à mutuo differat:  
possiunt enim contractus innominati natu-  
ram nominatorum assumere. *l. 5. ff. de Præsc.*  
*verb.*

Quæritur V. utrum *olla fortune* passim  
in Germania usitatatam contineat usuram vel  
iniquitatem, si E. g. aliquis pro sex cruci-  
geris





in l. per diversos. 22. §. l. ab Anastasio. 23. C. Mandati. t. t. C. de Litigiosis. Pan. 20. c. fin. x. de Alien. jud. mui. caus. facta Weicb. ad t. t. ff. de Hered. vel act. vend. Et quidem si in ejusmodi debitis ambigua (detacto, non de Jure) aut difficilis sit executio solutionis, ita ut pecunia sine molestiis, vel sumptibus à debitore acquiri non possit, vel si in favorem venditoris expositum pretium potuisset emptor aliorum cum majori lucro applicare, & sic *lucrum cessans*, vel *damnum emer gens* cum tali emptione concurrat, omnes consentiant, quòd debitum arbitrio boni viri consideratis omnibus circumstantijs, possit etiam longe minoris emi, quam in se contineat.

Verùm si debitum facile obtineri possit, nec propter pretium aliquid *inter sit* emptoris, non est una omnium sententia, an tale debitum minoris emere liceat? v. esse distinguendum, an facilitas solutionis proveniat ex qualitate ipsius debiti, ut quia debitor semper paratus est illud solvere; vel an tantum ex qualitate emptoris, ut quia is ex speciali Principis gratia, vel alio singulari medio solutionem obtinere potest, quæ alias agrè obtinetur.

Primum casum magis speculativum, quam practicum censet Card. Lugo de l. §. l. rem. 2. disp. 26. sect. 7. §. 1. n. 96. quòd vix contingat debitum emi sine omni difficultate exclusionis, periculo, vel interesse; si tamen contingeret, ut v. g. creditor pecunia indigus ob repentinum discessum, vel aliud repentinum accidens mox à debitore habere non posset, ideòque alteri pro parata pecunia suum creditum liquidissimum venderet, ipse putarem tutius fore in conscientia, non licere tale debitum minoris emere, sicut cum Medina, Sylv. & alijs docet Lessus de l. §. l. lib. 2. c. 27. n. 71. nam inter mercem & pretium debet esse æqualitas, non est autem æ-

qualitas, si v. g. pro 100. dentur 90. & aliàs multa usura palliari possent, si usurarius diceret, se nolle mutuare, velle autem ab illo, qui mutuum petit, emere chyrographum 100. flor. pro 90. & sic in effectu nihilominus 10. pro 100. lucraretur. Non est tamen omnino erroris damnanda altera sententia, quæ concedit aliquando modicè minus pretium dari: quòd communi hominum æstimatione minus valere censetur pecunia futura, quàm præsens, sicut minus est, actionem habere, quàm rem, l. minus. 204. ff. de R. l. neque emptio sine omni prorsus commodo celebrari solet. Innoc. & Panor. in c. in civitate. 6. h. t. Nav. in Man. c. 17. n. 230.

In secundo casu, quando facilitas solutionis per accidens provenit ex persona emptoris, existimat Less. d. l. n. 76. & Molina de l. §. l. tract. 2. disp. 361. posse debitum emi citra injustitiam secundum illam æstimationem, quam consideratà difficultate solutionis communiter apud alios & in foro habet: illud enim justum rei pretium censetur, quòd communiter apud homines æstimatur; sicut in simili, qui gemmam sine omni suo labore & sumptu inventam aut donatam accepit, potest absque injustitia eam tanti vendere, quanti communiter solet vendi ab ijs, qui similes gemmas magnis sumptibus conquirunt. Fatetur tamen Lessus saepe peccare tales emptores saltem contra charitatem (quòd etiam grave peccatum est, quamvis ordinariè ad restitutionem non obliget) si miseris & indigentibus hominibus non majus pretium persolvant, cum ipsi nonnunquam ingens lucrum reportent. Item Officiales Principum, qui se in solutionibus debitorum difficiles exhibent, & ita indirectè cogunt creditores ad sua debita vili pretio vendenda, quæ ipsi coëmunt, haud dubiè graviter contra justitiam peccant, & ad restitutionem obligantur. Less. d. l. si enim possunt sibi solvere, Mmm mmm pote-

poterunt utique & alijs, quibus ex iustitia debetur, & si creditores velint ultrò propter publicam necessitatem aliquid remittere, profectò iustus est, ut illa portio remissa accrescat arario Principis pro publico bono, ne subditis gravioribus contributionibus onerentur.

Quid ergò, si creditor velit suum creditum minoris vendere, poteritne ab ipso debitore, sive is princeps sit, sive alius, minori pretio emi? *§.* Si debitor ipse sit causa difficultatis solutionis, utique sine iniquitate & onere restitutionis emere minoris non poterit; secus verò, si propter inopiam aut alium casum totum solvere nequeat: tunc enim non apparet, cur debeat esse deterioris conditionis, quam quilibet alius extraneus, *Nav. d. l. l. est. d. l. n. 70.*

Advertendum tamen, si in præmissis casibus, & juxta dicta aliquid contra Charitatem vel iustitiam peccetur, hoc peccatum non statim esse reducendum ad usuram, & usurarum pœnas: quia in *emptione*, & non in *mutuo* committitur, per tradita superius *§. 1. n. 2.* nisi in fraudem usurarum mutuum tali aliquo contractu pallietur.

*§. 2.* *Quæritur VIII.* quid sit *contractus censualis*, an quando *usurarius* iudicandus? *Census* veteri Jure Romano à *censendo*, seu æstimando dicebatur æstimatio patrimonij subditorum, unde tributum Cæsari vel Magistratui solvere tenebantur; *l. forma. 4. ff. de Censibus. l. 2. c. 3. C. eodem.* sed & ipsum quoque tributum *census* vocabatur juxta illud *Matth. 21. licet ne census dare Cæsari &c.* De Jure verò Canonico & ad propositum *census*, vel *contractus censualis* est jus per *emptionem* aut similem contractum acquisitum redditus annuos ex *re*, vel *industria* alienâ provenientes percipiendi. Dico, ex *re* vel *industria*: nam *census* dividitur in *realem* & *personalem*. *Realis cen-*

*sus* est, qui fundatur super certa re, vel pluribus, e. g. si à Tertio emam jus percipiendi illos redditus, quos ipse annuatim e domo vel prædiis suis percipit. Quare *hærens* *census*, cum *realis* sit & rei *inhærens*, committitur, ad quemcunque possessorem deveniat, sicut *servitus* vel aliud onus *reale*.

*Personalis census* est, qui fundatur super certa persona, quæ se obligat ad annuam pensionem, non tam respectu *lucris* acquisitis ex propria industria, puta, si illa persona exerceat negotiationem, opificium aut officium; nisi quòd subinde ad debiti *lucrum* certus fundus hypothecæ submittatur, non tamen cum jure, ex illo fundo *fructus* percipiendi.

Uterque *census* tam *realis* quam *personalis* plerumque solet habere pactum *redemptionis*, ut scilicet ille, qui *censum* ex re vel industria sua vendidit, possit *hunc censum* rursus redimere, si emptori pretium pro venditione *census* acceptum denovo reddiderit. Imò frequenter *census* ex *usu* *re* *per* *mutuum* *redimibilis* constituitur, ita ut non tantum venditor possit restituito pretio *censum* redimere, & se vel res suas ad hoc onus liberare, sed etiam ipse emptor possit *redimere* rursus jus suum cedere, ab eoque pretium pro *censibus* datum repetere.

Verum quia talis *contractus censualis* pro ma fronte nihil videtur differre à *mutuo* *usuris* *contracto*, quia & in *mutuo* *debito* *mutuum* *acceptum* pro *libito* *restituere*, & creditor illud repetere potest, inter omnes *annuæ* & *pensionis* ex *mutuo* *præstito* *sunt*, ideo inspiciendum est, utrum talis *contractus* *censuales* sine peccato *usura* *haberi* *valeant*?

*§.* Itaque *l. Census* *realem* *ex* *partibus* *venditoris* *redimibilem* esse *contractum* *licitum* & non *usurarium*, per explicationem *elationem* Pontificiam in *Extractione*

§ 2. de Empt. & vend. inter com. dummodo census eo pretio ematur, quod consuetudo loci, vel Magistratus iustam decrevit, prout consuetudine Germaniae receptum, ut 5. floreni annui reditus emantur pro centum florenis.

Est etiam inter hunc contractum censualem & inter mutuum notabilis differentia, quae ex communi DD. sententia aperte colligitur in citatis Extravagantibus: nam in mutuo bonis & facultatibus debitoris casu aliquo pereuntibus nihilominus pecunia mutuata cum usuris repetitur; at vero in contractu censuali seu emptione census realis, si res, ex qua reditus annuus sive census emptus est, intereat, census quoque & facultas reperendi pretium interit.

Similiter si propter sterilitatem aut aliam causam res censualis non tantos fructus proferat, ut integra pensioni sufficiant, non tenetur debitor seu venditor census totum censum solvere, nisi antecedentium aut subsequentium annorum fertilitas talem sterilitatem compeniet. Cujus ratio est, quod hic contractus emptionis sit, emptione autem perfecta periculum in re empti contingens ad emptorem pertineat, toto s. ff. de Periculo & commodo rei vendite.

Non etiam obstat, quod contra hunc contractum censualem objici solet, nimirum esse contra naturam pecuniae & emptionis ut una pecunia alia pecunia ematur: cum pecunia sit tantum pretium ad alias res comparandas; item emptionem esse tantum de re praesenti; in contractu autem censuali hic & nunc nulla res praesens sit, quae ematur: nam dicendum est, in contractu censuali non emi pecuniam tanquam mercem, sed jus percipiendi pecuniam, prout etiam alia jura incorporalia recte emuntur, & venduntur. Unde quia istud jus futuris temporibus percipiendi pecuniam statim tempore emptionis

venditore census conceditur emptori, ideo hoc respectu satis res empti praesens dici potest; veluti & fructus in agris, partus ex animalibus in futurum nascituros jure vendi probatur ex l. nec emptio. 8. ff. de Contrahenda emptione.

Quod si census realis non tantum ex parte venditoris, sed etiam emptoris, & sic utrinque redimibilis constituitur, adhuc tamen non improbabiler ab usura defendi potest. Contractus enim ex conventionione legem accipiunt, c. contractus. 85. de R. I. in 6. & illa differentia inter mutuum & talem contractum paulo ante enumerata adhuc permanent.

Verum quidem est, quod ex constitutione Caroli V. in Comitibus Augustanis facta sub titulo, de Usurariis contractibus, ad censum licitum requiratur, ut ejus redemptio non sit in arbitrio emptoris, sed solum venditoris: nihilominus id intelligi potest, quod in foro externo nonnunquam ex tali pacto usura, & palliatum mutuum praesumatur, quae praesumptio non habet locum in foro interno, si omnia bona fide agantur, & periculum intereuntis rei censualis penes emptorem maneat. Praeterea similes conditiones quatenus ea prohibent, quae Juri naturali non adversantur, non ubique esse receptas asserit Paulus Lay. in Theol. moral. l. 3. tract. 4. c. 18. sub n. 6. Attamen in loco, ubi non esset consuetudo censum utrinque redimibilem constituere, tutius foret a tali contractu abstinere propter illam fori externi praesumptionem & scandalum aliorum, ac periculum usurariae intentionis.

§. II. Censum quoque personalem, praesertim a solo venditore redimibilem (probabiliter etiam utrinque redimibilem per ea, quae mox de censu reali diximus) ab usura plurimi DD. defendunt: si enim alia

Mmm mmm 2 pra-

prestaciones super sola personæ industria constitui possunt, prout fit in tributo Magistratui solvendo, in decimis personalibus, in contractu societatis &c. non apparet ratio, cur idem in censu *personali* fieri nequeat, cum de æquivalentibus idem sit iudicium. *L. ult. ff. Mandati.* Differt autem hic contractus à mutuo. 1. Quod constitui non possit, nisi cum tali personâ, quæ ex sua industria lucrum facit. 2. Si ex causa personæ censuales lucrum facere amplius non valeat, pensiones quoque annuæ amplius non solvantur. 3. Si census ex parte solius venditoris *redimibilis* sit, iterum differt à mutuo, quia mutuum non tantum debitor sponte solvere, sed etiam creditor ab invito debitore petere potest.

Imò non desunt magni nominis DD. qui censum *personalem* & *realem* constitui posse affirmant cum pacto *asscurationis*, ut nimirum venditor suscipiat in se periculum interitus, & re censuali pereunte, vel lucro ex industria personæ sine culpa ejus cessante, venditor non quidem annuos census persolvere, sed tamen capitale, seu pretium census restituere teneatur, dummodò hæc obligatio venditoris ipsi alio modo compensetur scilicet pretium census augendo, vel, quod in effectu idem est, minorem censuram exigendo. Ita namque in alijs contractibus aperto jure concessum est, ut contra naturam contractus periculum ex speciali pacto ad alterum pertinere possit, puta in commodato ad commodatarium, in deposito ad depositarium, *c. unico. de Commodato. l. 1. §. 6. ff. Dep. hie.* Verùm contra hunc censum *personalem*, & pactum *asscurationis* adducitur Bulla Pij V. quæ incipit: *Cum onus Apostolica servituti*, cui tamen similis responso aptari potest, quæ superius circa constitutionem Carolinam data est. Prolixius hanc materiam de Censi-

bus tractat Laym. *d. l. c. 18.* & Cov. *Var. Resolut. l. 3. c. 7.* Henr. Canil. *de Usur. l. 11.* Lessius *de J. & Lib. 2. c. 22.* alijque apud eos citati.

*Quartum IX.* & ultimum, quid sit *cambium*, & quo titulo ex eo lucrum accipi possit: *Negotia* ista pecuniaria, quæ *cambium* dicitur, passim nota & usitata, nihil est aliud, quam permutatio pecuniæ pro pecuniâ, in qua ille, qui rogatur, ut pecuniâ commutetur, *campfor*, ille verò, qui rogat, ad cujus gratiam pecuniâ commutatur, *Compfararius* appellari solet; prisco enim vocabulo *cambire* vel *campfare* idem quod permutare significabat, sicut ex *Prædicatione* fert Cov. *de Collatione veterum nominum c. 7. n. 4.* Licet verò etiam in mutuo pecuniâ pro pecuniâ detur, id tamen non fit causâ permutacionis, neque ita tempore contractus in mutuo, sicut in *Cambio* pecuniâ unius datur pro pecuniâ alterius sed solus creditor numerat pecuniâ, ut futurum vel eandem, vel aliam equalentem numeris, & bonitatis recipiat. Cum ergo *cambium* à mutuo differat, consequens est quòd lucrum ex cambio quæ situm oportet *usurarum* censeri non debeat, nec infortis pœnis subiaceat. Videamus tamen breviter, ex quibus causis aliquod lucrum ex iniquitate ex *cambio* percipiatur.

Est autem præsciendum, *cambium* dividi in *manuale* sive *minutum*: & in *cambium locale*. *Cambium minutum* seu *manuale* dicitur, quando pecuniâ unius ferri aut materiæ permutatur cum pecuniâ alterius formæ aut materiæ, v. g. crucigeræ ferri pro taleris, vel aureis, moventia Germanica pro Italica, Hispanica &c. *Cambium locale*, quia plerumque minor numerus commutatur pro majore, & *manuale* statim in eodem loco & tempore de manu ad manum vicissim pecuniâ numeratur.

*Locale cambium* est, quando pecunia præfens commutatur cum pecunia distante in alio loco, quod cum ordinariè per literas fieri solet, per quas campfor mandat suo correspondenti, ut campfario certam pecunie quantitatem, quam ipse campfor jam hic Salisburgi accepit, numeret Romæ, ideo etiam *cambium per literas* appellatur. Idque præcipuè ob utilitatem itinerantium inventum est, ne cogantur pecunias cum magno periculo & incommodo secum continuo deferre.

Porro in *cambio minuto*, si v. g. aurei pro crucigeris commutandi sint, solent campfores aliquid auctarii loco exigere, & frequenter pro quolibet aureo seitertium vel grossum. Causas hujus exactionis DD. aliquot allegant: *prima* est locatio operæ & obsequii, siquidem campfor debeat semper paratus habere diversi generis pecunias, quemlibet ad cambium in suam domum intromittere, inde se & famulos hujus negotii expertos alere. Quod maximè procedit circa campfores, quibus obligatio tale cambium exercendi pro publica hominum utilitate à Magistratu imposita est. *Secunda* causa est *lucrum cessans* vel *dammum emersum*, ut si campfor proposuerit nummos aureos alio deferre, ubi pluris valent, & alibi merces emere, ubi alia monetâ longè carius emuntur &c. *Tertia*, puritas materiæ, qua communi hominum judicio imperialis vel ducatus purus, nihil habens de cupro admixtum, pluris aestimatur, quam moneta impura. Nec obstat, quod quidam opponunt, aestimationem materiæ non esse in potestate subditorum, sed Principis monetam cuderitis. Nam respondetur, nummos alio modo aestimari à Principe, & alio à subditis: à Principe quidem nummi *formaliter* considerantur, ut nummi sunt, & quatenus mensura rerum venalium, & solutionis debito-

rum: à subditis verò in cambio, & commutatione *materialiter*, & ut res sui patrimonii, quæ in se meliores sunt. Hinc etiam pro *quarta* causâ assignant antiquitatem, raritatem, commoditatem conservandi, numerandi, vel deferendi monetam. *Quinta* demum esse potest usus seu expendibilitas, ut si in aliquo loco commutentur nummi, qui possunt ibi expendi cum us, qui expendi non possunt, isti enim cum non habeant ibi pretium, vel valorem, minoris aestimantur.

Sed & in *cambio locali* campfores aliquod lucrum facere consueverunt, ita ut si in exemplo campfarius hic Salisburgi numeraverit campfiori centum imperiales, Romæ tantum accipiat nonaginta quinque, & quinque cedant lucro campforis.

Hoc verò lucrum, dummodò usitatum in aliquo loco cambii modum, qui communi hominum aestimatione non reputetur iniquus, non excedat, communiter defendunt DD. Inprimis enim campfores pro itinerantium utilitate solent ad hoc operas suas locare, famulos & scribas alere, libros rationum tenere, aliosque sumptus facere. Deinde campfor virtualiter saltem transfert pecuniam de loco ad locum, & liberat campfarium ab onere, sumptibus, ac periculis, quæ ipse in transferenda pecunia subire deberet, quod obsequium merito pretio aestimabile censetur. Plura de cambiis videri poterunt apud Leis. de *J. & Just. lib. 2. c. 23.* ubi difficultates plerasque circa cambia satis exactè pertractat.

## S. III.

## De Restitutione &amp; Poenis Usurarum.

## SUMMARIÆ.

25. Obligatio restitutionis incumbit usurariis etiam mentalibus.  
26. Cur & an non idem in simonia mentali?  
27. Jure Canonico etiam hæredes veniunt restituere.

Mmm mmm 3

28. EX-

28. Exceptio a restitutione.  
 29. Res empta ex pecunia usuraria non est restitutio-  
 ni obnoxia, nisi deficientibus aliis modis.  
 30. Contra tertium Possessorem non datur actio.  
 31. Alia pena usurariorum.  
 32. Parochi sine iudicio Ordinarii non debent ali-  
 quem usurarium condemnare.  
 33. Oblationes quando recipienda ab usurariis.  
 34. Ad sepulturam non recipiuntur nisi prestata sa-  
 tisfactione, vel cautione.  
 35. Necessitatem eorum valent.  
 36. Inrium imperiti, qui iuxta communem modum  
 sub nomine mutui accipiunt aliquid ultra  
 sortem, qualiter frequenter ab usura excusa-  
 ri possunt.

25 Sicut quilibet iniquus rei alienae detentor  
 ad restitutionem tenetur, nec absolvitur  
 peccatum nisi restituatur ablatum *c. peccatu-  
 rum. 4. de R. I. in 6.* ita etiam usurarii ante  
 omnia cogendi sunt ad restitutionem eorum,  
 quae per usuras contra Jus naturale, Divi-  
 num & humanum acquisiverunt. Et cum  
 usura rapinae instar sit, *c. si quis usuram. 10.  
 causa. 1. q. 4.* ideo usurarii in utroque foro,  
 tam interno quam externo ad restitutionem  
 adigi debent. In foro tamen externo non  
 aliter quis ad restitutionem ceterisque usur-  
 riariorum poenas condemnandus est, quam si  
 fuerit usurarius manifestus, scilicet per rei  
 evidentiam, confessionem judicalem, aliás-  
 ve legitimas probationes convictus: Eccle-  
 sia enim & alij Judices externi non judicant  
 de occultis, ne quandoque innocentes pro-  
 nocentibus puniantur, *cap. cum tu. 5. hoc  
 tit. l. ult. C. de Probationibus* In foro au-  
 tem interno nullá opus est probatione, sed  
 sua quemque conscientia arguit. Hinc etiam  
 non tantum realis usura, quae aperto usura-  
 rio pacto commissa est, sed & solamentalis in  
 conscientiae foro ad restitutionem obligat,  
 per textum & Doctores in *cap. consuluit.  
 10. hoc tit.* Dicitur autem mentalis usura,  
 quando creditor non fuisse aliter pecuniam  
 daturus indigo debitori, nisi ipse debitor

vicissim, vel sine omni pacto externo, vel  
 pacto aliquo simulato quoad exteri non  
 non usurario, creditori concelebrat. Im-  
 pla delumini possunt ex *l. 1. c. 1. q. 1. de  
 quarto. & ex l. 2. q. 2. & secunda in-  
 terpretatione c. naviganti. & ex r. 1. q. 4.  
 in responso ad quintum argumentum.*

Verum hic non levis est difficultas, quae  
 re in simonia mentali sufficit sola pen-  
 tentia & dolore erga Deum illud pec-  
 catum expiare sine restitutionis obligatione  
 communiter tradunt Interpretes in *cau-  
 mo. de Simonia* & non similiter in *cau-  
 mentali*? Inter varias explanationes, quae  
 adferunt DD. illa videtur capta magis  
 quam refert Barb. in *dicto c. condemp-  
 4.* quod in usura mentali, quae in omni  
 pacto fit, plerumque ille, qui pro tem-  
 poralibus aliquid temporale offert, non  
 necessitate contrictus. Imo si peccatum  
 sus, ut v. g. Clericus in necessitate con-  
 tus non possit aliter impetrare benefi-  
 ad sui sustentationem, quam si libera-  
 obligationem faciat Episcopo, vel parochi  
 alias tibi non collaturo, tunc aequa ratio  
 tionem faciendam esse in simonia men-  
 tali, quam in usura mentali non ratio-  
 nabiliter docet Dominicus Sotus de *legit.  
 & iure lib. 9. q. 3. articulo. 1.* Neque  
 am ex textu *d. c. ult. de Simonia*, quae  
 scurior est, & diversis interpretationibus  
 mittit, contrarium evincitur.

Ceterum restitutio usurarum vel de heredi-  
 bus per usuras laicis, vel hereditibus eccle-  
 aut in istorum omnium defectu pauperibus  
 facienda est. *d. c. cum tu. 5. l. 1.* Ex quo  
 so quoque non tantum ipsi usurarii, sed et-  
 am haeredes eorum, usuras restituere tenen-  
 tur. Quamvis enim de jure Civili haeres  
 teneatur ex delicto defuncti, nisi quatenus  
 ex illo delicto ad heredem pervenit, & non  
 locupletior factus est, vel si ille cum defuncto

contestata fuerit, ut tunc non tam ex delicto, quam ex quasi contractu litis contestate conveniatur. *l. unica C. Ex delictis defuncti in quantum hared. conven.* De jure tamen Canonico hæres ad exonerationem conscientie defuncti tenetur pro viribus hæreditariis omnibus illis satisfacere, quibus defunctus damnus intulit, licet ex illo damno hæreditas aucta non sit, *c. ult. de Sepulturis. c. in literis. §. de Raptoribus.* Et cum hæc res salutem animæ concernat, & naturalis ratio suadeat, ut contra justitiam læsis damnus ex bonis ipsius lædentis compensetur, ideo hanc constitutionem Juris Pontificii etiam in terris Imperii observandam esse non attentâ lege civili, rectè docet Henric. Canif. *de Usuris. cap. 7. sub num. 4.*

Ab hac tamen restitutione excusat notorie paupertas usurarii, vel hæredum ejus, usque dum ad pinguiorem fortunam deveniant, *l. nam is nullam. 6. ff. de Dolo. & d. c. 3. h. r.* Item si debitor ipsemet solus sit usuras exercere, non audietur contra suum creditorem restitutionem usurarum petens, nisi & ipse prius aliis, cum quibus usuras exercuit, restitutionem fecerit, nam frustra legis auxilium invocat, qui in legem peccavit, *c. quia frustra. 14. hoc. tit.*

Sed quid, si creditor ex pecunia usuraria domos vel prædia emerit, an hæc tanquam sua debitor vel hæres ejus petere poterit si contulerit ipsam pecuniam usurarium? De jure rem non succedere in locum pecunie, propterea qui ex aliena pecunia etiam initio vel invito Domino rem aliquam emit, sibi acquirit hujus rei dominium, non alteri, cujus pecunia fuerunt, nisi quod ei aliam pecuniam reddere teneatur; per textum expressum in *l. qui alienâ. 8. C. Si quis alteri vel sibi & l. si ex ea. 6. C. de Rei vindicatione.* Sitamen creditor non habeat

alia media satisfaciendi debitori propter usuras, tunc cogetur talia bona vel in solutum dare, vel vendere, & de pretio usuras male acceptas compensare. *d. c. 3. h. r.*

Quod si talia bona jam in tertium alienata sint, contra hunc tertium possessorem probabilitas debitori nulla actio competit; non *personalis*, quia cum eo nihil contractum fuit; nec etiam *realis hypothecaria*, quia non habemus legem, quæ hypothecam in tali casu concedat, nisi fortassis debitor, cum quo usura exercita, pupillus aut minor annis fuerit, qui aliis in re ex pecunia sua comparata tacitam hypothecam habet. *l. idem. §. 7. ff. Qui potiores in pignore:* vel Ecclesia, quæ jure minoris utitur, *c. 1. integrum restit.* vel nisi alienatio in tertium facta sit in fraudem debitoris, cum creditor usurarius sciret se aliunde debitori per usuras læso satisfacere non posse: tunc enim res alienata revocabitur, secundum ea, quæ traduntur in toto. *ff. Qua in fraudem creditorum.* Covar. *Variarum Resolucionum lib. 3. c. 3. sub n. 6.*

Præter obligationem restitutionis alia quoque poenæ in usurarios constitutæ sunt. Ut I. Infamia Juris, *h. improbum sumus. 20. C. Ex quibus caus. infam. irrogatur.*

II. Privatio officii, & depositio in Clerico usurario, *cap. 1. & seqq. 14. q. 4.* poterit tamen Episcopus post restitutionem & peractam poenitentiam cum tali Clerico dispensare, *c. at si Clerici. 4. §. de adulteris. de Judicis.* Gloss. in *cap. præterea. 7. v. suspendas. h. r.*

III. Laicos usurarios Episcopus excommunicare potest, & prohibere, ne eorum oblationes tanquam male qualitate in Ecclesiis recipiantur, sub poena, ut Ecclesiastici tales oblationes recipientes ab officio suspendantur, & ad restitutionem acceptorum teneantur, *c. 3. & c. præterea. 7. h. r.*

Quod

Quod tamen intelligendum est, si aliquis usurarius manifestus sit, aut tanquam usurarius in iudicio vincatur, & si appareant illi, quibus per usuras damnum datum est: alius in dubio absque declaratione Episcopi à privatis Parochis nemo tanquam usurarius facile proclamandus est: criminalia enim, quæ altioris indaginis sunt, & magnum præjudicium, ac pœnas Juris secum trahunt, nec Parochus, nec Decanus ruralis iudicare, sed ad Episcopum referre debet. Tridentinum *sess. 24. de Reform. c. 20.*

33 Quod si etiam nulli amplius existant debitores, vel hæredes eorum, à quibus usura extorta sunt, tunc in horum defectu oblationes, maxime quæ in sustentationem pauperum cedunt, faciendas & recipiendas esse habetur in sæpe dicto *cap. 5. h. t.* & insinuat *Luc. 16. cap.* ubi Christus dicit: *facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*

34 IV. Usurarij manifesti ad Ecclesiasticam sepulturam non admittuntur, antequam usuras pro modo & possibilitate facultatum suarum restituerint, aut saltem cautionem de restituendo præstiterint præsentibus illis, quibus usura debentur, aut in istorum absentia coram loci Ordinatio proprio, vel Notario, *cap. 2. h. t. in 6.* Imò in articulo mortis, & casu necessitatis, quando Ordinarius loci, Parochus vel Notarius haberi non potest, quemlibet Sacerdotem, qui tunc temporis à peccatis absolvere potest, etiam idoneum esse ad recipiendam talem cautionem, ut eam postea referat Episcopo, docet Sylv. *in verbo. Restitutio. §. 6. q. 1.* & Nav. *in Man. c. 13. n. 218.*

35 V. Testamenta & ultimæ voluntates usurariorum non valent, nisi ante mortem usuras restituerint, vel de restituendo idoneam cautionem dederint. *d. c. 2. h. t. in 6.*

Demum hoc loco notandum est, quod homines rudes & indocti, qui ex lucra lucrum, & pensiones annuas accipiunt, eam modum, quo alii vii honesti, & honeste facere consueverunt, non sint facile de iure condemnandi, quamvis ipsi non intelligant, quo jure vel titulo tale lucrum sibi habeant: cum enim lucrum ex pecunia carnis causis cohonestari valeat, ut propter lucrum cessans, damnum emergens, implicam potestatem societatis, emptionem censuræ, & censeri possunt in bona fide, qui propter viros imitantes exemplum sibi proponunt, non aliter quam iusto, quo factum titulo lucrum ex pecunia querere.

Imò licet indocti contrahendo mutuo verbo mutui, vel germanice appellato, nihilominus cum non intentio verba, sed verba intentioni deservire debeant, & *de Apellatombus. requir. 41. de Apellatombus.* Imò mente utorum, qui omni meliori modo, quo de jure fieri potest, contrahere intendunt, miles contractus in effecta non tam mutuum, quam societas implicita cum pacto securacionis (quod fieri potest, si pro tali periculo asscuracionis socio relinquatur minus lucrum, cum contractus ex conventionne legem accipiant) vel emptio censuræ vel perionalis iudicari debent, præsertim quia apud Germanos ille certum est de generalis est, & omnem forme conventionem significat, ita docet Laym. *Lib. 4. tractatu 4. cap. 18. n. 11. & 13.* cum Laym. Valent. & Majore ibidem citatis. Alii enim innumeri condemnandi forent, non tantum Laici, sed & Ecclesiastici, qui in nomine & titulo auctoris et ultra lucrum seu capitale annuatim, vel 6. pro reo emergens, nec morale periculum interest capitalis propter asscuracionem propter



& fidejussorum habent, & solum lucrum querunt, ne pecunia otiosa sit. Et sane si iniquitatem non à verbis, sed ab effectu metimur, haud esse rationabile, indoctum, qui sub nomine *mutui*, vel *ausseffen* accipit ꝑ, pro 100. usurarium asserere, & doctum, qui sub nomine *consus* idem facit, absolvere. Meminisse tamen oportet, quod semper haecenus monui, multos contractus excusari posse, in quibus aliquid ultra sortem accipitur, si fiant cum eo, qui ex mea pecunia negotiatur, & honestum lucrum querit, ut mihi hujus lucri partem tribuat, veluti in contractu societatis expresso vel implicito, in quo alter pecuniam, alter industriam confert, contingit; aut si verè reditus annuus ex re vel industria habeat, quos sine damno suo vendere possit, secus autem, si contrahatur cum debitore indigente, qui tantum ad sublevandas necessitates suas mutuum pecuniam accipit, & si reditus ex rebus vel laboribus suis provenientes vendere debeat, defectum necessariae sustentationis pati, & paulatim profus ad inopiam delabi cogatur: cum tali enim non est materia, vel merces, scilicet lucrum aut reditus, super quibus possit fundari emptio, census, vel societas. Quod si ab initio contractus habuerit ex re vel industria reditus, & hi sine culpa sua defecerint, hic defectus vel interitus ad emptorem census spectat, ut is censum exigere non possit; sicut etiam superius dictum. Caveant igitur divites, ne pro transitorio & plerumque ingratum hereditibus relinquendo lucro animae detrimentum patiantur, thesaurizent sibi potius thesauros in caelo, faciant Christianae Charitatis erga indigentes officium, & adimplere studeant illam Christi sententiam

Luc. 6. *benefacite, mutuum date, nihil inde sperantes.*

ENGEL IN DECRET. LIBER V.

## TITULUS XX.

## De Crimine falsi.

## SUMMARIUM.

1. Quid sit & quomodo committatur crimen falsi.
2. Quae poena afficiantur falsi testes?
3. Falsum testem iudex punire potest, etsi aliàs non sit de ejus jurisdictione.
4. Falsi crimen suo modo committit, qui pro testimonio dicendo pecuniam accipit, sed non punitur poena falsi ordinaria.
5. Ab hac poena quoque excusatur, qui tantum in accidentalibus falsum dixit.
6. An testis, qui aliud extra, aliud in iudicio dixit, ut falsarius puniri possit?
7. Quomodo scripto falsum committatur: & quae hujus poena? n. 8.
9. Falsatores literarum Apostolicarum incurruni excommunicationem Bullae Coenae.
10. Quae notanda in Bullis Pontificiis, ex quibus earum falsitas argui possit.
11. Aperiens literas alterius an falsum committat?
12. Quando litera aliena sine injuria aperiri possint?
13. Mutatione nominis committitur etiam falsum.
14. Quibus modis facta committatur falsum?
15. Varij modi falsandi monetam: & quae horum falsariorum poena.
16. Poena Alchimistarum de Jure Canonico.
17. Vsu quomodo falsum committatur: & quomodo tale puniatur?
18. Monitum de usu & expensione falsa Monetae.

**J**uxta ordinem Decalogi, quo post furtum & alias iniquas rei alienae usurpationes prohibetur, ne quis adversus proximum falsum testimonium loquatur, tractat Compilator in *h. t.* de iis, qui per falsitatem & dolum quoquo modo aliis nocere intendunt.

*Falsum* enim & crimen falsi ad propositum describit Sylvester in verbo *falsarius*. n. 1. quod sit *immutatio veritatis* cum dolo & jactura: nam qui sine dolo per errorem falsum loquendo aut scribendo committit, vel qui sine alterius laesione mentitur, poenam hujus criminis non tenetur. *l. quid sit. 23.*

Nnn nnn

ff. Ad

ff. Ad l. Cornel. de falsis, & l. nec exemplum. 20. C. eod. tit.

Committitur falsum quatuor modis, scilicet dicto, scripto, factio, & usu.

Dicto committunt falsum, & illud quidem gravissimum testes, qui in iudicio falsum testimonium dicunt. Hujus delicti poena de jure Canonico circa Ecclesiasticos est depositio, & in Monasterium, vel carcerem ad agendam poenitentiam detrusio. c. si Episcopus. 7. dist. 50. De jure Civili poena ordinaria falsi est deportatio, & omnium bonorum publicatio. l. 1. §. ult. ff. Ad l. Cornel. de falsis quae poena exasperatur, & ultimum supplicium statuitur, si quis falsum testimonium dixerit. l. 1. §. praeterea ff. Ad l. Cornel. de Sicar. Generaliter constituit Carolus V. in Constitut. penal. a. 107. ut in quacunque causa criminali falsum contra alterum jurans eadem poena afficiatur, qua crimine probato afficiendus fuisset accusatus. Consuetudines etiam particulares circa punitionem falsorum testium maxime attendendas esse monet, variisque poenas pro diversitate locorum recenset Menoch. de Arbitrar. jud. cent. 4. casu 306. & cum testes, antequam deponant, juramentum de veritate dicenda praestare debeant, ideo juxta consuetudinem Imperii, quam Carolus V. cit. loc. confirmavit, aliquando testibus perjuris, praesertim si in re magni momenti pejeraverint, duo priores digiti, quos in praestatione juramenti exererunt, per carnicem amputantur.

Praeterea notabile est, quod de jure Civili iudici testem coram se falsum deponentem, punire liceat, quamvis ille testis non sit de ipsius iudicis jurisdictione, sed aliunde evocatus. l. nullum. 14. Cod. de Testibus l. penult. Cod. de Probat. delictum enim tribuit jurisdictionem in delinquentem l. 1. cum auth. qua in Provincia.

Cod. Ubi de Crimin. agi oportet, dummodo testis falsarius non sit clericus, ludiculus, aut miles: illi enim specialia privilegia habent, ut alibi delinquentes ad proprios suos iudices remitti debeant, qua de re dictum est prolixius in Tit. Foro competent. Lib. II. §. 4. & 5.

Porro crimen falsi non tantum committere dicitur, qui falsum testimonium praebet, sed etiam qui pecuniam accipit ad testimonium dicendum vel non dicendum. l. §. 2. ff. h. t. neque enim pro testimonio dicendo pecuniam ex pacto accipere licet, cum quilibet sit obligatus ad testimonium veritati perhibendum. c. nolite timere. de iur. iur. 11. q. 3. c. non sane. 13. causa 12. ff. & toto tit. ext. de Testibus cogit. ubi in compensationem laborum, expensarum, vel lucri domi neglecti, in testis prociudicium vocetur, & ibi moram facere debet, c. statutum. 11. §. pro sereno. de iur. scriptis. in 6. Nihilominus verum falsum a poena ordinaria falsi exculat, & poena arbitraria puniendum censet Menoch. de Arbitrar. 7. casu 310. eo quod in proprietate verborum vix possit dici falsum committere, cum veritatem non immuret, si quod superius diximus, de cetero verum testimonium praebet; nec accipiendo pecuniam iuramentum vel iudici aut parti adverte injuriam aut

Sed & ille committit a poena ordinaria falsi eximitur, qui in iudicio falsum dicit non circa substantialia causa, sed in quibusdam circumstantiis accidentibus vel etiam capitula & articulos, super quibus fuit interrogatus, quamvis hujus testimonium etiam circa substantialia vehementer redarguatur, ut iterum probat Menoch. de Arbitrar. casu 307. & Julius Clarus §. Fa. sum. in merito 9.

Quod si testis unum dixerit extra iudicium, & ejus contrarium in iudicio, non

credetur id, quod in iudicio dixit, propter religionem iuramenti, & auctoritatem iudicis: sed an propterea tanquam falsarius puniendus sit, dubitatur. Affirmat Barth. *in l. eos. 27. ff. h. t. n. 8.* Negat verò Clarus *d. 3. Falsum sub. n. 5.* Puto ad conciliationem non improbabiler distingui posse, an testis extra iudicium à litigante interrogatus falsum dixerit, ex quo litigans deceptus actionem instituit, transactionem reculaverit, expensas judiciales fecerit, vel an tantum in communi conservatione nihil cogitans de alicujus interesse falsum dixerit? Priori casu videtur procedere opinio Barth. eò quòd tunc intervenierit immutatio veritatis cum dolo & jaçtura; posteriori verò casu opinio Julii Clari locum habet: quia falsum non committitur sine intentione nocendi, & tanquam solum mendacem, non falsarium leviter puniendum censet Menoch. *casu 312.* Hodie tamen raro poena deportationis & publicationis bonorum infligitur, praesertim in delictis extra iudicium commissis, quam auctoritatem Magistratus vel rempublicam concernunt: ideò in his potius poena arbitraria, vel actio de dolo, vel in factum ad interesse consequendum competet.

*Scripto* falsum committit Notarius, qui aut totum instrumentum falsum in gratiam alicujus scribit, vel notabilem aliquam falsitatem dolosè admittet; item quicumque alius, qui aliena instrumenta in parte aliqua substantiali & considerabili radu, immutat, lacerat, vel supprimit, aut si alienum chirographum, manum, vel sigillum imitatur & debitum, vel quid simile in sui favorem, & alterius detrimentum scribit. *l. r. & pas. sim. ff. h. t.*

Poena hujus falsitatis ordinariè de Jure Civili est deportatio, & omnium bonorum publicatio cum infamià; de consuetudine

verò teste Claro & Menoch. *cit. loc.* est arbitraria pro qualitate personarum & quantitate damni dati. Specialiter verò excommunicationem reservatam incurrunt non tantum illi, qui Bullas sive literas & rescripta Pontificia falsificant, sed etiam qui tales falsas literas penes se habentes eas intra 20. dies, à quo falsitatem cognoverint, non destruxerint aut resignaverint, *c. 4. hoc tit.*

Quot modis autem committi possit falsitas circa Bullas Pontificias, dilerte recenset Pontifex in *c. 5. eod. tit. & in c. quam grave. 6.* subjungit, stylum esse Romanae Ecclesiae, quòd Pontifex solet Patriarchas, Archiepiscopos & Episcopos in suis literis *Fratres* appellare, ceteros verò Ecclesiasticos & Laicos cujuscunque dignitatis *Illios*: item eum uni tantum personae scribit, nunquam loquatur in plurali, *Vos* aut *Vester*; ideò si literae Pontificiae proferantur, in quibus haec observata non fuerint, illae tanquam falsae existimari & rejici debeant.

Huc etiam quidam referunt illos, qui privatas alicujus literas desigillant, & aperiant. Verum licet hoc sine peccato & injurià eorum, ad quos literae pertinent, regulariter fieri nequeat, plerumque tamen DD. censent non esse poenam ordinariam falsi, sed aliam mitiorem & arbitrariam intelligendam; nisi aperiens literas apertas ostenderit adversario, vel testamentum clausum, aut alias literas publicas sigillo publico Magistratus munitas aperuerit, cum enim crimen falsi inter delicta publica numeretur, ejus poena ordinaria rarius locum habet, si potius alicui privato, quam publicae auctoritati, & paci reipublicae injuria inferatur, *c. cum olim. 33. ubi Innoc. & Panor. de Officio judicis delegati. l. qui testamentum. 2. ff. hoc tit.*

Aliquando etiam privatae alterius literae

Nna nnn 2

fin

sine injuria aperiuntur, puta si id fiat jure belli, aut jultæ defensionis causâ contra inimicum infidias molientem, vel ad impediendum peccatum alterius, ut si Prælati, patres, paterfamilias, præceptor & similes suorum Religiosorum, filiorum, subditorum literas aperiunt, rationabiliter metuentes, ne quid mali in iis contineatur.

Præterea inter falsarios hoc loco numeratur, qui nomen aut cognomen, genus vel parentes sibi mutaverit. *l. falsi 13. & ibi Gotofredus. ff. h. t.* sed hoc, si cum damno aliorum fecerit, aliàs si dolus & jactura proximi absit, mutatio nominis præsertim ex causâ rationabili prohibita non est. *l. un. Cod. de Mutatione nominis.*

**13** Facto committunt falsum, I. venditores, qui falsis ponderibus vel mensuris utuntur, aut falsas merces distrant. His de jure Civili communi poena dupli & relegationis constituta est in *l. penult. §. 1. ff. h. tit.* Carolus V. in *Const. penult. a. 113.* tales pro gravitate & frequentia delicti relegari, virgis cædi, aut aliquando etiam morte puniri voluit. II. qui alicui falsum partum supponerit, ita tamen, ut de hoc crimine non quilibet de populo, sed tantum parentes, vel alii, quorum ratione hereditatis, aut alimentorum interest, agere permittantur, *l. 30. 1. ff. eodem.* III. Qui terminos & limites agrorum dolose mutant, quorum poena est arbitraria, pro qualitate delicti & personæ in corpore vel pecunia inferenda *l. tota tit. ff. de Terminis & Constitutione Carolina. a. 114.* IV. Qui proposita edicta Magistratus dolo malo corrumpunt. *d. l. penult. ff. h. t.*

**14** V. Qui monetam falsificant, quod potest fieri tribus potissimum modis: primo, si quis cudat monetam, qui cudendi potestatem non habet: est enim jus cudendi monetam unum ex regalibus, quod tantum summo Principi competit, & iis, qui ex privile-

gio, aut consuetudine legitima acquirunt. Textus & DD. in *tit. Fendos. Qua in regalia. & in l. 2. Cod. de Falsis monetis.*

Secundo, si quis monetæ publicæ auctoritate culæ justum pondus abradat. *l. quinquæ. §. ff. h. t. Martio,* si quis monetam cudat aut fingat ex falsa materia, ex metallo, pro, aut simili, &c. Primis duobus casibus poena arbitraria pro qualitate & frequentia delicti in corpore aut bonis infligenda. In tertio verò poena ignis constituta est in *Constitut. Carolin. a. 111.* De jure Canonico circa Ecclesiasticos non habetur in corpore Juris specialis poena in singulis iis casibus constituta: erit proinde arbitraria, quando ad poenam depositionis excessum poterit, *arg. c. ad audientiam. 3. h. t. Hæbetur quidem in extrarag. un. 7. canon. h. t. poena excommunicationis reservata in illos, qui monetam Regis Franciæ falsificant, sed videtur quasi speciale aliquod privilegium Regis Franciæ, & idcirco probabiliter non est numeranda inter generales poenas falsariorum, sicut colligitur ex *libro in Collect. an. ad c. extrarag. de m. off. de Officio Episcopi allegat. 30. sub n. 11.**

Deinde in *extrarag. un. cod. tit. 1. Communi.* (quæ incipit: *Spondent, qui non exhibent, divitias pauperes Anonymi.*) specialiter statuitur, ut per aliam miam falsum aurum vel argentum cudentes, aut monetam inde cudentes, vel dependentes tantundem de vero & bono pauperibus erogare, vel si ipsi, ut occurrat contingit, pauperes sint, poenam aliam in corpore arbitrio Judicis una cum infamia subire teneantur, & si Clerici fuerint, beneficiis obtentis priventur, & ad alia obtinenda inhabiles reddantur.

Usum demum falsum committitur, quando sitate ab aliis confecta utuntur, ut qui momentum, aut instrumentum, vel scriptum

falsam in iudicio scienter proferunt, qui falsam monetam dolose colligunt, & expendunt, &c. Et hi quoque imprimis ad restitutionem damni dati tenentur, & deinde pro gravitate & qualitate delicti vel poena ordinaria falsi vel arbitraria puniuntur, l. Cornel. d. 9. §. 2. & l. falsi. 13. §. 1. & l. ult. ff. Ad l. Cornel. de falsis. Constitut. Carol. d. loc.

18. Circa usum & expensionem Monetæ falsæ etiam illud hic adnotari potest, quod tamen si quis ex errore & deceptus falsam monetam acceperit, eadem tamen alios decipere non potest, sed regressum suum tantum contra eos, à quibus accepit, querere debet: novum enim peccatum contraheret alios innocentes decipiendo, quod utique non licet. Imò licet bona fide falsam monetam in alios expendere, ad restitutionem tenebitur ex iustitia commutativa, ex qua omne damnnum compensandum est, sicuti cum communi docet Silvester verbo. Fa. sarius. n. 8. Mol. de Just. & iure tract. 2. tom. 3. disp. 170. in fine.

\*\*\*\*\*

TITULUS XXI. De Sortilegiis.

SUMMARIUM.

1. Quid sit Sortilegium proprie?
2. Sortes alia divinatorie, alia consultorie, alia divinatorie.
3. Sortes divinatorie intra & extra iudicium sunt licite.
4. Consultorie sortis, etsi aliquando licite, ordinariè tamen non sunt usurpanda.
5. In causis beneficiabilibus & electivis specialiter reprobantur, & quare?
6. In lre beneficiati admitti aliquando possunt.
7. Divinatorie sortis sunt omnino illicitæ.

Quamvis Sortilegium proprie significet observationem fortuiti alicujus casus, juxta cujus eventum aliqua actio influat, ut, vel occultum cognoscitur, aut futu-

rum prædicatur, generalius tamen sub nomine Sortilegii & rubrica hujus Tituli quæcunque Divinationes, superstitiones, & magiæ intelliguntur, ideò quando & qualiter in singulis istis peccetur, breviter discutiemus.

§. I. De Sortibus.

Sortes communiter dividuntur à DD. in duas species, quòd alia sint divinatorie, alia consultorie, alia divinatorie.

Divinatorie sortis, eaque licite, & Jure approbata dicuntur, per quas res vel jus aliquod inter plures dividitur, vel litigium dirimitur, ut si pluribus optio rei legata relicta sit, & illi inter se in eligendo discordent. l. ult. Cod. Communia de legatis. si inter plures cohæredes patrimonium defuncti & bona hereditaria sorte dividantur. l. 2. Coa. Quando & quibus quarta pars debetur &c. & aliis casibus, quos refert Gottofred. in suis notis ad d. l. ult. Ipsa quoque iudiciales controversiæ quandoque sorte dirimi possunt, si uterque litigans in sortitionem consentiat, est enim tunc species quædam compositionis, vel transactionis, sicut Proverb. 18. v. 18. legitur; contradictiones comprimit fors, & inter potentes quoque dirjudicat. Sic etiam usus præsertim bellicus obtinuit, ut plures rei mortis inter se sortem mittere permittantur, quis solus ex omnibus supplicium ferre debeat, prout notavit Less. de Just. & iure. lib. 2. c. 43. n. 58. & Divus August. scripsit quibusdam, cum civitas esset obsessa, & dubitaretur, quinam de Clero deberent exire, & quinam remanere, sorte rem decidendam esse, teste Gloss. in causa 26. q. 2. in principio.

Consultorie sortis sunt, in quibus occultæ veritatis manifestatio, aut consilii alicujus directio à Deo imploratur: ita enim pec-

Nra nra 3 corum



catum Achor, qui de Anathemate furtim furripuit, propter quod populus Israëliticus in bello casus fuit, forte deprehensus est, *Josue 7.* ita Samuel in electione Saulis misit sortes in univēras tribus Israël. *1. Reg. 10.* ita omiſſis aliis exemplis, quæ referuntur à Gratiano *causâ 26. q. 2.* Matthias à Divo Petro per sortem in Apostolatam assumptus est. *Actor 1.* hinc etiam dictum illud *Proverbi Salomonis, c. 16. v. ult. Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.*

Verum hæc exempla non sunt de facili & sine necessitate & reverentia, & fufis prius ad Deum precibus imitanda, quia censetur facta ex speciali instinctu Spiritus S. & si falsim temerè fiant, per ea Deus tentari videtur. *Nov. Mattheæ exemplo,* inquit Venerab. Beda relatus in *c. 4. de causa 26. quest. 2. indifferenter sortibus credendum est, cum singulorum privilegia legem communem facere non possint. Si qui tamen necessitate aliqua compulsi Deum putant exemplo Apostolorum sortibus consulendum, videant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum cœtu & precibus ad Deum fufis egisse.* Quare etiam hodie de Jure Canonico in *c. ult. h. t. electiones Prælatorum,* quæ sortibus fiunt, improbantur, easque ipſo jure nullas esse tanquam non observatâ formâ *cap. quia propter. 42. de Elect.* celebratas, rectè docet *Zoëhus. t. n. 5.*

Quamvis porro in aliis profanis causis per sortem aliquando sopiri possit, in causis tamen beneficialibus & electivis sortes intervenire non debent: fieret enim tunc electio vel provisio per sortes, & daretur vitiosus ingressus ad beneficium, cum regulariter aliter quàm per institutionem *Canonicam* beneficium Ecclesiasticum obtineri nequeat, juxta *Reg. 1. f. in 6.* Attamen si consensus ordinarii collatoris & rationabilis causa accedat, aliquando etiam licet be-

neficium posse per sortes (sicut per aliam transactionem & compositionem arg. *cap. 21. de Præbendis.*) dari, non improbitate exstimat Suarez. *de Relig. tom. 1. tit. 1. de Superstitiosis. c. 12. n. 12.*

*Divinatoria* sortes dicuntur, quibus tentis veritatis manifestatio, vel conſilio correctio non à DEO, consequenter expressè vel implicite à damone petitur, sed superstitiosa & peccaminosa sunt. Imò certum ad tale sortilegium sacra scriptura, vel à sacri libri adhibeantur, ut si v. g. ex occasione quorundam verticulorum & Scriptura unâ cum alijs signis adjunctis inquiratur de furto, vel alio delicto hominis &c. multo minus illicitum, & sub pena interdicti excommunicationis damnatum est in *cap. 9. causa 26. q. 3. & c. 1. extra h. t.* tunc enim scripturarum applicatio à SS. Patribus vana & temeraria reputatur, proinde Deus per eam non facit revelationem vel miraculum, sed potius diabolus, qui gaudet peccato hominum in contemptum SS. Scripturarum, & transformans se in angelum lucis, teste Apostolo *2. ad Corinth. 11.* sub ficta pietate decipit, & ad hanc desperationem non curat etiam sacra Scriptura, ut dicitur exemplum habetur in Evangelio *Matth. 4.* ubi demon tentando Christum in templo, allegavit illum verticulum *psalmi 118. quia Angelis suis mandavit de te.*

Sunt autem præter sortilegia divinatoria plures aliæ superstitiones, & divinationes, de quibus adhuc alia dicenda.

## §. II.

## De Superstitione &amp; Divinatione

8. Superstitio quid sit & quomodo committatur
9. Quid sit divinatio
10. Fit dupliciter, pacto expresso, vel implicite à damone.
11. Quinam Mathematicorum nomine divinationem Jure Civili

ENGEL

12. Quale predictio ex astris admitti possit?  
 13. Divinationes illicitae damnantur specialiter per motum propitius Sixti V.  
 14. Datur quaedam chiromantia, seu physiognomia naturalis & non prohibita, quae tamen & ipsa est fallibilis.  
 15. Quenam observationes somniorum sint licitae?  
 16. Pene Juris divinatoribus irrogatae non extenduntur ad vanos observatores somniorum &c. sine pacto demoniaco.

Quamvis in largiori & generica significatione omnis divinatio, vana observatio, ac etiam magica superstitio appellari soleat, proprie tamen loquendo *superstitio* est vitium oppositum religioni, & significat cultum Dei falsum, quae fallitas duobus modis contingit, vel ex parte objecti, adorando falsum Deum, vel creaturam pro Deo, quod est peccatum gravissimum idololatriae; vel ex parte modi, siquidem verus Deus colatur, sed alio modo, quam ab Ecclesia approbato, aut tali, qui ad ejus honorem vel spiritus devotionem non faciat, sed potius inanis & vanus sit, ut si quis ritibus & ceremoniis Judaicis Deum colat: nam tunc significatio cultus discordat à re significata: erant enim ceremoniae veteris testamenti praefiguratio Christi adventuri, quo adventu expirabant, nisi quod aliqua ex certa & rationabili causa etiam in novo testamento à summis Pontificibus receptae sint. *c. un. de Purificatione post partum.* Item si quis in Oratione aut Missa certum numerum, colorem, aut situm candelarum pro certo aliquo effectu obtinendo adhibeat. Quod etiam insinuat & reprobat in *Trid. sess. 22. in decreto de observandis in Missa.* vel si quis velit dici Missam à Sacerdote, qui vocatur Joannes, ut inquit Nav. *in Manuali c. 11. n. 24.* vel si, quod alicubi in pagis apud rudem plebem usitatum est, ut sanctam Crucifixi vel aliam imaginem certis diebus butyro desinant, quae omnia & his similia à Parochis & Ordinatis lo-

corum tanquam superstitiosa prohibenda esse, jubet Concil. *Trid. d. loco.*

*Divinatio* hoc loco dicitur significatio occultorum ex pacto cum damone; dicta enim est divinatio quasi divinitatis emulatio, & divini appellabantur, qui divinitate se plenos simulabant & alluta quadam fraudulentia hominibus futura conjectabant, ait Divus August. *in c. 1. causa. 26. q. 3.* ubi etiam varia divinationum & divinatorum genera, ut incantatores, ariolos, aruspices, augures, &c. commemorat & describit, & de his est textus Sacrae Scripturae *Levitici. 19. v. 31. non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini.*

Porro pactum divinationis cum damone aliquando est expressum, quando homo per expressam seu explicitam voluntatem aliquid à damone scire desiderat; aliquando est implicitum, quando pro cognitione rerum occultarum signum aliquod vanum adhibetur, vel inspicitur. Quale signum, cum ex se non habeat potestatem à Deo vel natura, id, quod desideratur, significandi, neque boni Angeli aliquid hominibus revelent absque Dei voluntate & jussu, sequitur, quod ab alia substantia intelligente, videlicet à damone talis significatio implicite, sive ipso opere petatur. Qualiter verò daemones, quamvis per lapsum perdidissent gratiam, retinuerint tamen virtutem sibi concreatam, mira in his naturalibus, in quantum Deus non prohibet, operandi & cognoscendi, eleganter & prolixè declarat D. Aug. *in d. 93. c. 2. & in c. nec mirum. 14. ead. causa. 26. q. 5.*

Divinatoribus quoque annumerantur Mathematici in toto *tit. Cod. de Mathematicis & Mathematicis.* Verum hoc nomen non est accipiendum de illis, qui honestas & utiles Matheseos disciplinas docent, sed de illis, qui Astrologiam judicariam sive di-

vina-

vinatoriam exercent, qui scilicet ex astrorum inspectione augurantur, & particulares fortuitos eventus, vel à libero arbitrio pendentes prædicunt, vel præteritos aut præsentis occultos effectus denuntiant, v.g. Titium esse vel futurum homicidam aut furem, matrimonium contracturum &c. Notanter autem dicitur, *si talia prædicant, quæ à fortuito eventu, vel libero hominis arbitrio dependent*: quia si hæc omnia tribuerentur altris, tolleretur libertas arbitrii, quod hæreticum foret affirmare. Cæterum verò si ex astrorum inspectione prædicantur ea, quæ magis tanquam effectus naturales ab influxu siderum dependent, ut anni fertilitas, tempestates, morbi, morborum curationes, & his similia, non erit divinatio illicita censenda, sicut hac de re extat *Motus proprius Sixti V.* quem refert *Quaranta in Summa Bullar. verb. Astrologia iudiciaria*. ubi etiam in specie damnantur facientes iudicia & natiuitates hominum, qui olim genethliaci vel horoscopici dicebantur, teste Augult. *cit. loc.* quibus de futuris contingentibus, fortuitisque casibus aut actionibus ex humanâ voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare audent, etiam si protestentur, id se non certò affirmare. Inter alias quoque divinationum species in eodem motu proprio reprobat *Chirromantia*, per quam ex inspectione manuum fortuiti & liberi eventus prædicuntur.

12. Quod hæreticum foret affirmare. Cæterum verò si ex astrorum inspectione prædicantur ea, quæ magis tanquam effectus naturales ab influxu siderum dependent, ut anni fertilitas, tempestates, morbi, morborum curationes, & his similia, non erit divinatio illicita censenda, sicut hac de re extat *Motus proprius Sixti V.* quem refert *Quaranta in Summa Bullar. verb. Astrologia iudiciaria*. ubi etiam in specie damnantur facientes iudicia & natiuitates hominum, qui olim genethliaci vel horoscopici dicebantur, teste Augult. *cit. loc.* quibus de futuris contingentibus, fortuitisque casibus aut actionibus ex humanâ voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare audent, etiam si protestentur, id se non certò affirmare. Inter alias quoque divinationum species in eodem motu proprio reprobat *Chirromantia*, per quam ex inspectione manuum fortuiti & liberi eventus prædicuntur.

13. Est tamen etiam *Chirromantia* & *Piysognomia* naturalis non prohibita, per quam ex inspectione membrorum & lineamentis corporum conjectura aliqua fieri potest de hominis complexionione, ingenio, propensione quoad morbos & mores, quamvis circa mores talis conjectura sit admodum fallibilis, cum educatio hominis, societas, regimen vitæ & rationis multa contra naturalem inclinationem mutare soleant: *sub homine*

*enim est appetitus ius, & esse dicitur bitur illi. Genesis 4.* & quod si subdantur positio unius membri malum indicat, per dispositionem alterius membri in eodem corpore corrigitur. Propterea qui *Physognomia* majorem, quam par est, sibi adhibent, frequenter peccatum temerarij iudicij incurrunt.

Aliud genus *divinationis* est, quod fit sine pacto dæmoniaco, & dicitur *rana observatio*, cum ex aliquo casuali eventu v.g. ex offensione pedis, lternutatione, competere de futuro contingenti sumitur.

Quò etiam referri potest observatio somniorum, licet enim aliquando Deus non sanctus, vel etiam alijs ad finem aliquem specialem per somnium aliquid revelet, tamen exempla habentur de Josepho *Genes. 41.* & de Sancto Josepho & Magis, *Matth. 2.* de quo non potest dari certa regula, sed ea materia somni, & ad quem finem tendat, ac qualitatibus somniantis, aliisque circumstantiis interpretatio est faciendâ à virtutibus, & in hoc genere somniorum per specialem Dei gratiam exercitatis. Ordinare tamen ex ipsis SS. Literis somniorum observatio prohibita est, ut *Leviticus 19. 26.* & *Deuteronom. 18. v. 10.* & *Ecclesi. 34.* nisi quando aliquando in ordine ad colligendam dispositionem corporis somnia præterita à Medicis observari possint, quia juxta abundantiam humoris cholericis, phlegmaticis, melancholicis, aut sanguineis diversis somnia homine causantur.

Esti verò pena Juris contra divinationem & magos constituta (de quibus paulo antè dicemus) non videantur intelligende de observantibus vanitates sine pacto dæmoniaco, interim istæ observationes ex genere sunt peccatum mortale, juxta illud *Proverbia 30. v. 7.* *Odisti observantes vanitates, & per vacui.* & tunc præsertim etiam in



externo saltem arbitrariè puniri possunt, si cum scandalo aliorum propalentur & doceantur. Excusat tamen aliquando à mortali ignorantia vel simplicitate, item quòd aliquis non certam fidem, sed formidinem tantum exinde concipiat.

S. III.  
De Magia.

SUMMARIÀ.

17. Quomodo differat Magia à Divinatione.  
18. Pœne Magie & magorum, tam de Jure Canonico, quam Civili.

Sicut per divinationem petitur à demone rei occulte cognitio, ita per *magiam* aliquid operis effectio. Quare utrumque peccatum eandem fermè malitiam & deformitatem habet, scilicet societatem expressam vel tacitam cum demone, & quæ de divinatione ejusque pacto dicta sunt, etiam ad magiam accommodari possunt, ita ut illa quoque suspecta & tanquam superstitiosa ac magica censeri debeant, quæ speciem pietatis habent, si aliqua admisceantur vana & inutilia ad cultum Dei non pertinentia, v. g. quòd sacra verba debeant dici ad aures juveni regi, quòd signum Crucis debeat formari cum chara teribus ignotis, alligari tribus funiculis &c. quidquid enim præter Ecclesiæ consuetudinè adhibetur ad operationem aliquam securam, quod naturalem vim non habet talem operationem efficiendæ ad magiam superstitiosam pertinet, sicut post D. Thomam. 2. 2. q. 96. a. 2. & 4. pro regulâ tradunt communiter DD. Catholici, & præ cæteris videri poterit Delrio in *speciali tract. disquisitionum magicarum*.

Pœnæ magorum & divinatorum, eorumque, qui libros de tali materiâ tractantes edunt, vel legunt, de Jure Canonico sunt censura Ecclesiastica, item incarcerationes, aliæque similes arbitrio Episcopi pro quali-

tate delicti infligendæ, prout habetur in citato *Motu proprio* Sixti V. juncto *c. si quis Episcopus. s. cum seqq. causa. 26. q. 5. & c. 2. h. t.* De Jure Civili pœna gladii constituta est in *l. 5. Cod. de Maleficis*, ex Constitutionibus verò Caroli V. qui per magiam aliis damna inferunt, igne cremari, qui autem sine damno magiam exercent, arbitrariè puniri jubentur.

TITULUS XXII.

De Collusione detegenda.

**C**ollusio hoc loco dicitur, quando accusator, & reus inter se tacite conveniunt, quòd à persecutione criminis in judicium delati desistere velint; qui tamen *collusione* vel conventionè non obstante mandatur in *h. t.* ut Judex ex officio in crimina inquireat, eademque puniat.

Hæc pertinent ea, quæ de Prævaricatoribus & Tergiversatoribus in Jure Civili ff. *Ad Senatuf. Turpil.* traduntur, & nos *supra Tit. 2.* attigimus.

TITULUS XXIII.

De Delictis puerorum.

1. Pueris & quandoque etiam minorennibus mitigatur pœna delicti.  
2. Quibus concurrentibus minoribus pœna mitigetur?

**Q**uamvis pueri doli capaces, & postquam ad annos discretionis pervenerunt, in furtis, perjuriis, aliisque delinquere possint, semper tamen in puniendis eorum delictis pœna mitiganda esse dicitur in *c. 1. & 2. h. t. & c. ult. de Sentent. excommunicat.* idque non tantum in pueris, sed etiam adolescentioribus & minorennibus, qui necdum sunt viginti quinque

000 000

anno.

annorum, interdum locum habet. *l. sepe in omnibus. ff. de R. J.*

2 Dico autem, *interdum*, si scilicet alia etiam concurrant, videlicet quod minor non saepius deliquerit, quod delictum non sit valde atrox, quod malitia aetatem non suppleat, quod spes affulgeat melioris frugis &c. Ita enim est textus in *l. auxilium. 37. §. 1. ff. de Minor.* in delictis autem minor annis 25. non meretur in integrum restitutionem utique atrocioribus (supple & quae in committendo consistunt, secus quae in omittendo, juxta *l. ult. ubi DD. Cod. si adversus delictum.*) nisi quatenus interdum miserationis aetatis ad mediocre poenam iudicem adducit, videatur etiam Fach. *Lib. 1. Controvers. cap. 71.*

## TITULUS XXIV.

### De Clerico venatore.

**C**lericis interdicta est Venatio clamorosa cum canibus & saltibus, *c. 2. b. 1.* Piscari verò Clericis prohibitum non est, exemplo Apostolorum, quos piscatores ad se Christus vocavit, quique eandem artem etiam post conversionem exercuerunt, ut passim in Evangelio legitur. Rationem differentiae inter Venationem & Piscationem assignant, quod venatio propter saltus & clamores magis dissolvat, & dehonestet Clericalem modestiam, nutriat otium & vitia, ac per crebram & immitem calidi sanguinis animalium effusionem excitetur in homine asperitas, & truculentia contra Clericalem mansuetudinem.

## TITULUS XXV.

### De Clerico percussore,

**Q**ualiter exemplo Christi mandatum mi deceat Clericos manuum, dedecet percussio & rixatio, dicitur & textus sunt per totam apostolicam & seqq. Ideoque pro excelsa percussio & qualitate delicti & delinquentis a superiore arbitrariè puniri, & data incommoditate etiam deponi debent. *cap. 7. de deo.*

Quòd si aliquando à Praelatis vel iudicibus & superioribus Ecclesiasticis capitulorum & synodis contra delinquentes corporalis castigatio adhibenda sit, ut in *c. 2. de deo. in c. 4. de Raptor. cum manuum rixatio est temperandus. cap. de disciplina & de deo. cum Praesat. Grat. qua incipit: de deo. dist. 45.*

Quomodo autem ex percussione, rixatione, sicut incurrat irregularitas, tractatur in hoc Lib. in tit. de Honore. & de Clericis pug. Item quod Ecclesiasticis non interat poenam sanguinis, in hoc Lib. in tit. de Poenis. tractatur. Et quod scopus non debeat aliquem propter rixationem cadere, & contra doctrinam apostolicam *1. ad Tim. 3. percussorem agere. in c. licet. 25. dist. 30.*

## TITULUS XXVI.

### De Maledictis.

SUMMARIUM.

1. Quid & quomplex sit Blasphemia.
2. Blasphemia etiam in Sanctis committitur.
3. Poena Blasphemiae.

**M**aledicti hoc titulo intelliguntur blasphemii: est enim Blasphemia in deo dictio, sive verbum contumeliosum versus DEUM.

Blasphemia alia est haereticorum, alia est infidelium. Haereticus dicitur, qui doctrinam falsitatem, dum DEO attribuit, ipsi non convenit, ut esse peccatorum

vel ab eo remouetur, quod ipsi conuenit, v. gr. quod non curet res nostras, quod non sit omnipotens, &c. vel si creatura tribuatur, quod competit Creatori, ut si mulier amasium uocet Deum suum, inquit Laym. *Lib. 4. tit. 10. c. 6. n. 7.* quo sensu etiam Iudei in Evangelio dixerunt, Christum blasphemasse, dum se Filium DEI nominavit; putabant enim hoc sibi tanquam homini non competere.

Quod porro hic de Deo dicitur, etiam de Sanctis intelligendum est: sicut enim Deus in Sanctis suis laudatur, ita & blasphemia, quae fuit in Sanctos, in DEUM redundat, ait D. Thom. *2. 2. q. 13. a. 1. in C. & textus est in c. 2. h. tit.*

*Simplex* blasphemia est, quando aliquid mali imprecatur DEO, v. g. ut pereat, vel etiam aliquod verum de ipso enuntiamus per modum despectionis & indignationis contra ipsum, ut si quis blasphemet per Crucem, Sanguinem, aut Sacramenta DEI. Dico autem, si hoc fiat *per modum despectionis* contra DEUM; nam si quis ex mali consuetudine in rixa, vel ira contra hominem, aut iumentum sine reflexione ad Deum talia uerba temere & irreuenter proferat, non erit quidem proprie blasphemia, erit tamen indigna usurpatione Divini Nominis contra secundum Decalogi preceptum.

Pena blasphemiae de Jure Canonico traditur in *c. 2. h. r.* quod blasphemus septem feris festiuis debeat jejunare in pane & aqua, & septem Dominicis diebus stare ante fores Ecclesiae, die ultimo ligatus corrigia in collo sine pallio, & calcamentis, ac insuper per temporalem potestatem iussu Episcopi poenam pecuniariam multari. Deinde qui blasphemiam haereticalem proferunt, de haeresi suspecti sunt; proinde contra eos per Ordinarium locorum inquisitio fieri debet. De Jure Civili poena ultimi supplicii videtur

statuta blasphemis in *Novell. 77. in fine.* Ex statutis vero particularium locorum plerumque speciales poenae blasphemis intelliguntur, ut fustigatio, sectio linguae, vel amputatio labii, &c. Commutantur tamen hae poenae aliquando in arbitrarías ex qualitate personae, scilicet aetate & dignitate ejus, ac qualitate blasphemiae, si levis fuerit, sine sufficienti deliberatione, ex subitaneo impetu ira, aut in ebrietate prolata.

## TITULUS XXVII.

### De Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante.

#### SUMMARIUM.

1. Censura affectus, si exerceat actum sui Ordinis proprium, si irregularis; & qui cum eo dispenset?
2. Irregularis non redditur, qui actum, quem possidet etiam Laicus: vel actum non Ordinis, sed Jurisdictionis.
3. Cause excusantes ab irregularitate.

**I**Nter alios effectus censurarum Ecclesiasticarum hic circa Clericos seu Clericales Ordines habentes est notabilis, quod censuris ligatus, si actum sui Ordinis proprium exerceat, irregularis, id est, ad Ordines, officia & beneficia inhabilis efficiatur, & quidem perpetuo, nisi per S. Pontificem cum eo dispensetur. *c. 1. de Sent. & re jud. in 6. c. is. qui 18. & c. is. cui. 20. de Sent. excom. in 6. c. 5. & cap. fin. X. h. r.* quando autem hodie Episcopo in irregularitatibus ex delicto occulto provenientius dispensare concedatur, habetur in Concilio Trid. *sess. 24. de Ref. c. 6.* & dictum est superius *Libro Lad. tit. de Majoritate & obed. §. 4.*

Dixi, Clericum censuratum fieri irregularem, si actum sui Ordinis proprium exerceat, v. gr. Sacerdos Missam legat, Diaconus in solenni officio Evangelium canat, &c. secus autem est, si talis actus fiat, qui possit etiam

Ooo ooo 2

etiam per Laicos exerceri, ut si baptizet non solemniter in casu necessitatis, (quo sensu explicandum est *c. 1. de Cleric. non ord. min.*) si in privata Missa ad Altare deserviat. &c. Actus quoque, qui non sunt tam Ordinis, quam jurisdictionis irregularitatem haud inducunt, veluti si Episcopus censuratus iudicium aut censuras ferat, diocesim visitet, beneficia conferat; si Parochus Matrimonio assistat (absque tamen solenni benedictione) vel alteri licentiam ad assistendum concedat.

3. Præterea etiam celebrationem ob gravem meritum infamæ vel scandali, alteriusve mali (cum modo metus in contemptum Censurarum & Ecclesiæ non fuerit incussus) ab irregularitate excusant DD. Item si in casu necessitatis deficiente alio Sacerdote moribundis Sacramenta ministrantur, non enim videtur prohibitio & poena Ecclesiastica ad hos casus extraordinarios. Demum etiam irregularitatem evitat, qui bonâ fide ex ignorantia Censurâ ministravit: vel qui ex conscientia erronea credidit se censuratum, cum reverâ non fuerit. Dubitans verò debet laborare de inquirenda veritate, & si post diligentiam adhibitam adhuc incertus remanserit, potest deposito dubio practico ministrare. Pluribus de hac Materia agemus in hoc Lib. in tit. de Sentent. excom. Interim vid. Zouius *h. t.* Suarez. *Tom. 5. de Censurâ disp. 40.* & alii passim de censuris scribentes.

## TITULUS XXVIII

### De Clerico non ordinato Ministrante.

#### SUMMARI.

1. Non ordinatus ministrum quando fiat irregularis.
2. Hodie traditur Curia seculari potestati.

3. Potestas Ordinis an suppletur ob contumaciam errorem.

Siquis Clericus officium superioris Ordinis, quem nondum accepit, exercuerit, v. g. Subdiaconus uti Diaconus, vel uti Presbyter divina Ministeria & Sacramenta peregerit, efficitur irregularis, quod in *ptos* autem arbitrio Episcopi suspendatur & punitur. *c. 2. h. t.* Quod si Laicus irregularitatem Clericum id fecerit, non tamen censurari debet, per textum generalem in *ibi: ab Ecclesia abijctur, & non potest ordinari*, licet Suarez docet *ibidem*.

4. & 5. Hodie ex constitutione Clem. VIII. incipit: *Etsi*. & refertur a *Quar. in Bull. V. Ordo. in fine.* & a *Baro. in l. 1. n. 7. & cap. 2. n. 2.* qui Missam celebrans aut Confessiones audire nondum ordinatus Presbyter ausus fuerit, jubetur per se, vel locorum Ordinatos concipere Ecclesiæ misericordiam indignus e foro Ecclesiastico abijci, & ab Ordinibus Ecclesiasticis si quos habet, ritè degradari, ac a Juristicis secularibus pro merito puniri. *et* hoc peccatum & sacrilegium gravissimum divinis Sacramentis illudatur, & ab his per falsitatem purus panis cum vino per non Sacerdotem consecrari non potest pro Corpore & Sanguine Christi adhiberi proponitur: idem dum fideles tali peccata sua periculose aperiant, nec ad peccatum ob defectum clavium & jurisdictionis absolutionem obtinere. Quid autem effectum potestatis in administratione Sacramentorum communis error suppletur videatur late disputans Sanchez. *de Jure lib. 3. disp. 23.* ubi *n. 27.* docet, si potestas vel jurisdictio ex iure Divino aut naturali requiratur, non suppletur

communem errorem: quia auctoritas Ecclesiastica, & generaliter humana tantum supplet defectus requisitorum ex jure humano dependentium, quibus requisita statuere aut tollere in ipso est potestate. arg. text. in l. Barbarius. 3. ff. de Officio prae. ibi: verum puto nihil eorum reprobari, cum populus Romanus etiam seruo potuisset decernere hanc potestatem. secus ergo, ubi non potuisset decernere, ut circa defectum juris naturalis aut divini. Vid. etiam dicta superius de Presby. non baptiz. n. 3. & 4.

TITULUS XXIX.

De Clerico per saltum promotio.

Per saltum promotus dicitur, qui omisso Ordine medio ad superiorem ascendit, v. g. qui omisso Diaconatu ordinatus est Presbyter.

Quamvis autem aliqui existiment, taliter promotum esse absolute irregularem, magis tamen inter DD. convenit, esse tantum ipso jure suspensum, & quidem solummodo quoad illum Ordinem per saltum susceptum, & irregularem tunc primum, si in hoc Ordine suscepto, vel in illo, quem suscipere omisit. ministraverit, sicut tradit Barbosa in Collect. DD. ad c. unic. hoc tit.

Præterea hodie ex Concilio Trid. sess. 23. de Reform. c. 14. in fine. concessum est Episcopis, ut cum promotis per saltum dispensare possint, nisi, ut præmissum ministraverint, adeoque insuper irregulares facti sint, quo casu Episcopi non aliter dispensare poterunt, quam si delictum suscepta per saltum Ordinationis occultum fuerit, juxta Trident. sess. 24. de Refor. c. 6.

TITULUS XXX.

De eo, qui Ordinem furtive suscepit.

Ordines furtive suscipere dicitur, qui absque consensu Episcopi in numerum ordinandorum se ingerit, veluti si subterfugerit examen, & nihilominus in ordinatione comparuerit, vel eadem die præter minores Ordines etiam Subdiaconatum, vel duos sacros Ordines acceperit.

Pœna hujus delicti est, quod taliter ordinatus non habeat executionem Ordinis furtive suscepti, & insuper inhabilis reddatur ad superiores Ordines suscipiendos.

Competit tamen Episcopo dispensatio in duobus casibus 1. Si furtiva Ordinum susceptio non prius fuerit ab ordinante sub excommunicatione prohibita, 2. Si ordinatus Monasterium ingrediatur, & ibi aliquamdiu laudabiliter vivat, quo posteriori casu non tantum Episcopo, sed etiam Abbati dispensare conditur. Text. & DD. communiter in c. 1. 2. & 3. h. t.

Admittitur quoque in c. 2. h. t. consuetudo, si qua sit, ut eadem die minores Ordines cum Subdiaconatu suscipiantur, idque per Concilium Trid. sess. 23. de Ref. c. 11. annale interstitium requirens non fuisse correctum, sive tali consuetudini derogatum, docent multi graves DD. cum Barb. in Collect. ad d. c. 2. h. t. n. 2. 66.

TITULUS XXXI.

De Excessibus Prælatorum & Subditorum.

SUMMARIUM.

1. Prælati prohibentur exactiones iniquæ.

000 000 3

2. Epi-

2. Episcopus non potest eximere Ecclesias inferioribus Prælati subiectas, nec dividere Episcopatum vel unire: bene tamen Ecclesias inferiores.
3. Inferiores Episcopo non possunt cognoscere de causa matrimoniali & similibus.
4. Privati sine superioris licentiâ non possunt erigere collegia.
5. Pœna negantis Jus superioris contra suum juramentum est depositio.
6. Prohibentur Episcopis gravamina Religiosorum.

**C**um excessus dicantur, quoties Prælati vel subditi aliquid contra leges committunt, & qui omnes excessus enarrare vellet, pœnæ omnes materias præcedentium & subsequentium titulorum afferre, deberet, idè ad evitandam hanc superfluum prolixitatem quædam tantum, quæ in *h. t.* notabiliora ponuntur, referemus: reliqua verò in alijs titulis legi poterunt.

- I. Igitur prohibetur, in *c. 1. h. t.* ne Prælati gravent subditos iniquis exactionibus, qua de re dictum est, in *Lib. III. in tit. de Censibus*. II. Non potest Episcopus Ecclesias inferioribus Prælati subditas ab eorum jurisdictione eripere. *c. 2. h. t.* III. Superior non debet aliquid imperare inferiori contra privilegium ejus, nec inferior tenetur parere, nec excommunicatio contra privilegium lata obligat. *c. 5. & 7. hoc tit.* IV. Episcopatus unire, vel dividere nemo potest præter summum Pontificem, & inferiores Ecclesias præter Episcopum & Episcopalem jurisdictionem habentem *cap. sicut. 8. h. t.* V. cognoscere de causa matrimoniali, item poenitentias publicas, vel indulgentias concedere pertinet tantum ad Episcopum, non ad inferiorem, nisi ex jure speciali, v. g. privilegii vel præscriptionis id sibi competere, probare possit. *c. accedentibus. 12. h. t.* VI. privati homines non possunt erigere Collegium, nec sibi constituere sigillum, aliaque jura Collegiorum attribuere sine licentiâ superioris. *c. dilectæ. 14. h. t.* VII. qui

contra juramentum seu homagium Prælati præstitum negat ipsum dominum suum, vel de ipso conqueritur coram Judice seculari, deponi debet. *c. ex arum. 15. h. t.* VIII. denique prohibetur Episcopis, alijsque Monasteriis aut personis religiosis gravamina inferant, eorû jura, & redditus diminuendo, certum numerum Religiosorum, Sacerdotum, & Laicorum ibidem taxando. *c. 16. & 17. h. t.*

## TITULUS XXXII.

### De novi Operis Nuntiatione.

#### SUMMARIUM.

1. Ecclesia non debet in præjudicium alterius Ecclesie edificari, nisi ex justa causa.
2. Novi operis nuntiatio contra ædificatum Ecclesiam in præjudicium, & qualiter fiat?
3. Novi operis nuntiatio quis sit effectus?
4. Ædificanti quale remedium deus contra se habet?
5. Ædificij inhibitiio potest aliquando rixari in cautione.
6. Ædificare licet cuilibet in sua prædicta. Tit. in 3. casibus.

**I**nter alia requisita Ecclesie ædificandæ numeratur, ne in præjudicium alterius Ecclesie ædificetur, cui minimum nocere possit, vel ob ædificij coherentiam, vel occupando illius fundum, intervencendo jurisdictionem, oblationes &c. *c. 1. & 2. h. t.* nisi id fiat causa cognita permissente Episcopo, v. g. ob numerositatem populi, & amplitudinem parochiæ; vel aliam præscriptionem. *Trid. sess. 21. de Res. c. 4. & c. 10. de Eccles. ass. Barb. Jur. Eccles. lib. 2. c. 2. n. 6. & diximus in Man. Pat. c. 2. n. 2.*

Etenim sicut in Jure Civili & rebus profanis, si quis in alterius præjudicium novam fabricam molitur, nuntiatio illi potest fieri.

opus, per eum, qui sibi præjudicium fieri autumat, ut est totus tit. ff. & Cod. de Novi operis nuntiat. ita etiam de Jure Canonico; & in causis Ecclesiasticis, si v. g. una Ecclesia in præjudicium alterius Ecclesiæ edificetur, ædificanti novum opus per Rectorem, vel Beneficiatum prioris Ecclesiæ recte denunciatur. Nam ut inquit Pontifex in c. 1. h. t. sicut leges non dedignantur SS. Canonibus imitari, ita SS. Canonum statuta Principum constitutionis adjuvantur. Unde desumitur illud axioma juris receptum, quod Jus Canonicum & Civile sibi invicem succurrant, & quæ in uno desiderantur, ex altero suppleri possunt, ac debeant.

Hæc nuntiationis operis novi etiam privatæ cujuscunque autoritate absque decreto Magistratus (quod tamen, si periculum in mora non sit pro majori securitate) fieri potest, & quidem non tantum Domino ædificanti; sed etiam fabris, opificibus, & servis, dummodò per hoc dominus rescire valeat. l. 1. §. 2. & l. de pupillo. §. 3. l. 10. cum seqq. ff. hoc tit.

Est autem effectus nuntiationis, quod novum opus faciens ab opere desistere, & quicquid post nuntiationem edificaverit, totum id suis sumptibus demoliri teneatur, sive jure, sive injuriâ nuntiatio facta sit. Imò licet ædificator vellet præstare cautionem, quod si litem in judicio perdidit, opus post nuntiationem factum demoliri velit, talem tamen cautionem nuntiator invitus accipere non cogitur. c. 1. & ult. h. t. l. 1. in princ. & §. 7. l. Prætor. 20. princ. cum §§. seqq. ff. eodem. Id quod publicæ utilitatis causa ita constitutum est, ut quilibet jus suum integrum facilius conservare possit, nam ubi semel ædificatum est, durior cautâ redditur, & difficilius ad demolitionem devenitur, quare melius est in acta jurâ servare, quam

post vulneratam causam remedium querere, sicut in simili dicitur in l. ult. C. In quibus causis restitutio non est necessaria.

Interim ne detur ansa calumniolis denuntiationibus, imprimis per ædificantem, vel per Judicem peti potest, ut nuntiator juramentum præstet, quod non calumniæ causâ novum opus nuntiaverit. d. l. §. §. qui opus. 14. deinde nuntiator intra tres menses de jure suo in judicio docere debebit, & si ex quocunque impedimento intra hoc tempus jus suum probare non poterit, fiet eatenus nuntiationis remissio, ut ædificans, datâ cautione per fidejussores vel pignora de opere demoliendo in eventum perditæ causæ, denudò ædificare permittatur. c. ult. h. t. junctâ l. un. C. eod.

Aliam quoque declarationem addit Barb. in eodem c. ult. n. 2. quod aliquando consideratâ naturali æquitate (quæ rigori juris nonnunquam præferenda est l. placuit. §. Cod. de Judicis.) arbitrarium sit Judici non expectato lapsu trium mensium remittere nuntiationem sub prædictâ cautione, si nimirum ex inspectione oculari vel aliunde saltem summariter appareat de injuria nuntiantis, & e contra ædificanti ob factas bonâ fide magnas expensas damnum ex mora tantum temporis immineret.

Potest præterea hic notari, quod regulariter quivis in domo ac fundo suo ædificare valeat, quicquid & qualiter sibi placuerit, nec propterea à vicino prohiberi, nam ut loquuntur DD. si domus est mea, tunc est mea usque ad cælum & infernum. arg. l. alius. §. Cod. de Servitutibus & aqua. licet ex tali edificio vicinus quandam incommoditatem sentiat, ut quia ejus domus obscurior sit vel liberior prospectu admittitur.

Excipiuntur autem tres casus. I. si vicinus habeat in domo ædificantis servitutem urbanam ex pacto, testamento, vel præscriptione

ione, uti sunt servitus *altius non tollendi: non officendi luminibus, vel prospiciendi*. Circa præscriptionem tamen harum servitutum obiter hic est notandum, non hoc ipso cenferi præscriptas servitudes, quòd vicinus longissimo tempore nihil in domo propria est aclus meræ facultatis, contra quem non inducitur præscriptio, nisi aliquando ædificare volentem vicinus bonâ fide credens se jus habere prohibuerit, & acquirerit, ac per id vicinus prohibens quasi possessionem servitutis in domo vicini consecutus sit, sine possessione enim non currit præscriptio *juxta Regulam 3. in 6.* Et dictum est superius in *Libro II. in Tit. de Præscriptionibus. §. 2.*

II. Si ex novo ædificio vicini ædibus non tantum quædam incommoditas, sed etiam periculum damni & ruinæ immineat, rectè tunc ædificanti nuntiatur novum opus, ut cautionem *damni infecti* præster, scilicet se compensaturum omne damnum, si quod ex ædificio alteri evenerit. *l. 1. §. nuntiatus. 17. ff. h. t. juncto toto tit. ff. de Damno infecto.* Dicitur *damnum infectum*, quod nunquam factum est, futurum tamen timetur. *l. 2. ff. eodem tit.*

III. Si quis tantum ad vicini æmulationem ejus ædes obscurare, aut novas fenestras contra domum, vel hortum ejus aperire vellet. Præsumitur autem ad æmulationem facere, si ipsi ædificanti talis structura non adfert utilitatem, *non est enim in alicuius hominum indulgendum, qui nihil agunt, quam ut noceant.* ait JC. in *l. fundo. 38. ff. de Rei vind.* Menoch. *de Arbitr. cas. 156. & de Præsumpt. lib. 6. præsumpt. 29. n. 28.*

TITULUS XXXIII.  
De Privilegiis & Excessibus  
Privilegiatorum.

§. I.

SUMMARIUM.

1. Privilegium quid?
2. Privilegium aliud clausum in Corpore Juris, aliud extra, & quid intersit?
3. Privilegium aliud reale, aliud personale, aliud corporale, aliud communitatis personale.
4. Quid si dubitetur de qualitate privilegii?
5. Privilegium aliud contra, aliud sine jure.

PRIVILEGIA describuntur in huiusmodi nomina: *in cap. 3. tit. 1. de Privilegiis* quod sint *leges privatarum, quæ privatae leges*: est enim privilegium jus, vel indultum singulare in certa perone, vel causa gratiam à superiore consequutum. licet verò privilegium in se spectatum distinguatur à lege communi, quòd hæc communiter pro omnibus lata sit, privilegium verò certarum tantum personarum favorem respiciat, nihil tamen impedit, quin lege communi privilegium continetur, quatenus in privilegium ab omnibus aliis fecatur, et personis privilegiatis servetur.

Unde dividitur I. Privilegium, quòd aliud sit *clausum in corpore juris*, aliud *extra corpus* in Corpore Juris Principis. *Clusum in Corpore juris* est, quòd inter alias leges Corpori juris insertum est, prout sunt privilegia Ecclesiarum & Ecclesiasticorum, quæ habentur passim tum in jure Canonico, tum etiam Civili. *in tit. Cod. de SS. Eccl. & C. de Ep. & Cler.*

Privilegium studioforum, ne coram alio Judice, quam Magistratu Academico conveniantur. *ausk. habita. Cod. Ne filii priv.*



part. & plura alia, ut privilegia pupillorum, minorum, militum, fisci, creditorum & similia.

Ecce contra privilegium datum per speciale scriptum Principis dicitur illud, quod extra Corpus juris certa alicui personae, communitati, vel loco per speciales literas, vel diploma Bullam vel indultum concessum est.

Inter utrumque privilegium quoad effectum hoc inter est, quod privilegium clausum in Corpore juris non debeat Judex ignorare, & propterea si contra tale privilegium privilegiato comparitionem in Judicio, vel quid aliud injungat, non teneatur privilegiatus obtemperare. c. 5. & 7. de Excessibus Prælatorum. Si vero Judex mandet, vel aliquem citet contra privilegium specialiter extra Corpus Juris impetratum, quod cum sit tacti, ignorari potest, privilegiatus teneatur saltem pro reverentia Judicis comparere, & privilegium suum exhibere. c. cum persona, 7. h. r. in 6. & l. si quis ex aliena. 5. ff. de Judiciis.

Deinde privilegia extra Corpus Juris plerumque sunt temporalia & stricte interpretationis, nec extenduntur ultra personas, quibus concessa sunt: privilegia vero clausa in Corpore Juris ordinariè sunt perpetua, & recipiunt interpretationem, ac aliquando ex paritate rationis extensionem, sicut ipsæ leges communes, prout à privilegio uni causæ pæve vel favorabili concessio rectè possit deduci argumentum ad aliam similem causam ex communi DD. sententia tradidi, de Privilegiis Monasteriorum. privilegio 36. Laurent. de Franch. de Contror. Regular. p. 2. g. 96. & sibi Palsqual. in addit.

II. Dividitur privilegium, quòd aliud sit reale, aliud personale. l. privilegia. 196. ff. de R. I. Reale dicitur, quod directè & principaliter conceditur respectu rei, loci, muneris, vel dignitatis, in consequentiam

ENGEL IN DECRET. LIB. V.

autem personis, quæ talem locum, rem vel officium habent: cujusmodi sunt privilegia immunitatum à solvendis decimis vel tributis, aliæque prerogativæ & jura specialia certis prædiis aut officiis concessa; & quia talia privilegia coherent rei, transeunt ad quoscunque Successores & Possessores.

Personale est, quod principaliter personæ sine contemplatione rei concessum est, & propterea etiam personam sequitur, & cum personæ extinguitur. d. l. privilegia. & c. privilegium. 7. de R. I. in 6. Sed hoc, si privilegium sit mere personale uni certæ singulari personæ concessum; sunt enim quædam privilegia quasi mixta, quæ scilicet certo corpori aut collegio personarum conceduntur, & idèd à quibusdam privilegia corporalia nuncupantur, atque hæc non tantum penes eos manent, qui de factò in tali corpore vel collegio vivunt, sed etiam ad successores eorum transmittuntur. Aliam etiam privilegiorum personalium speciem constituunt cum Sylvestro V. privilegium. q. 2. quæ vocant communiter personalia, quando nec uni singulari personæ, nec certo corpori, sed certo generi personarum, uti minorennibus, militibus, & fæminis, privilegium concessum est, quæ aliquando etiam ad heredem eatenus transeunt, ut illis hæres saltem ex persona defuncti, & circa casus, qui jam tunc in vita ejus evenerunt, uti possit. Ita si minor ex contractu læsus & intra tempus restitutionis mortuus sit, beneficium restitutionis in integrum etiam heredi ejus indulgetur. l. nos solum. 6. ff. De in integrum restitut.

Sed quid si dubitetur, an personale vel reale sit privilegium? R. Ante omnia formam verborum benè attendendam esse, an principaliter in rem, vel conditionem, vel potius in personam dirigantur. Ita si privilegium detur alicui Prælato sub nomine digni-

Ppp ppp

digni-

dignitatis v. g. Tibi Episcopo Salisburgensis: non exposito vel saltem postposito nomine proprio, censetur *reale* & dignitati concessum. *arg. c. quoniam. 14. de Officio Delegati. Panorm. in c. mandata. 6. de Presumpt. n. 2.* Item etiam natura privilegii consideranda erit, an sit tale, quod ordinariè etiam successoribus concedi soleat, vel non. Quòd si neque ex his satis appareat, communiter distinguitur, an privilegium sit *odiosum*, ut quia contra jus commune, vel in alterius præjudicium, vel an sit *favorabile* continens meram gratiam citra alterius præjudicium? Priori casu censetur *personale*, juxta regulam, quòd odia restringenda sint, & quæ à jure exorbitant, non debeant trahi in consequentiam, *c. odia. 15. & c. qua à jure. 28. de R. I. in 6.* Posteriori verò *reale*, & habebit locum, quòd dicitur. *in c. 16. de R. I. in 6. decet concessum à principe beneficium esse mansurum. & in l. 3. ff. de Constitut. Principum.* beneficium Principis quàm plenissimè interpretari debere.

5 Hinc colligitur *tertia* divisio, quòd aliud privilegium sit *contrajus*, & consequenter strictæ interpretationis, ut exemptio à solvendis decimis, à jurisdictione Ordinarii &c. aliud sit *ultrajus*, & interpretationis largioris, veluti potestas absolvendi à refervatus, dispensandi &c. quando scilicet ipse actus sive materia privilegii, non est quidem in se jure prohibita, sed tamen non nisi certis personis concessa.

IV. Dividitur, quòd aliud sit datum *ad preces* sive supplicationem privilegiati, aliud *motu proprio*, quòd posterius tunc tale censetur, si hæc ipsa clausula (*motu proprio*) literis privilegii inserta sit, etiamsi fortè privilegiatus per se vel per alium pro ea supplicaverit. Textus & Gloss. *in c. si motu. 23. de Præbendis. in 6.* Est autem inter utrumque notabilis differentia, quòd privilegium

*motu proprio* concessum non tantummodo favorabilius & plenissime interpretationis. *c. quamvis. 4. cum ibi motu proprio Gloss. in Verbo plenissimè. de Præbendis. in 6.* sed etiam non possit subreptè obrepere argui *d. c. si motu.* Econtra verò, quòd dicta clausula simpliciter ad preces conceditur, corrumpit propter falsa narrata, vel tantam veritatem, quæ de jure aut jure expressi debuisse: subintelligitur etiam per illa tacita conditio: *si preces curantur nitantur. c. 2. & passim. de iust. pro.*

Quinta demum divisio est, quòd quædam privilegia sint *merè gratiosa*, quòd non rō remuneratoria, vel sub reconditi privilegii obligatione ad aliquid datum faciendum concessa, adeoque *conventionalia*. Priora habent tacitam conditionem, quoadmòdum Principi vel Successori placuerit: posteriora verò, maxime conventionalia ad instar aliorum conventionalium sunt perpetua, & non nisi ex urgente causa ad bonum publicum pertinere possunt.

## §. II.

## Qualiter acquirantur Privilegia.

## SUMMARIUM.

6. Ad privilegii concessionem an requiratur scriptura & ibi de Reg. Cancell. 25. & 27. quod in quibus formis operentur.
  7. Quomodo possit privilegia concedere?
  8. Privilegia non subditi concessa nequeant referri.
  9. De communicatione Privilegiorum.
  10. Privilegium an possit à tempore dati, referri.
  11. Privilegium acquiratur consuetudine & prescriptione.
- Alia Summaria post §. III.

PRImus acquirendi modus est ipsa auctoritate superioris, ad quam ex communi DD. sententia non requiritur scriptura, sed etiam oretenus facta subsistit. Textus

*Clem. audum. 2. s. nos etenim. & ibi Gloss. in v. verbo. de Sepulturis. Extrav. c. si Dominici 3. de Panit. & rem. ff. Zoel. h. t. num. 3.*

De studio tamen Curiae Romanae & ex Regulis Cancellariae Apost. Gratiae ante expeditionem literarum dicuntur *informes*, & nulli suffragantur dispensationes in iudicio vel extra, antequam super iis literae Apostolicae sint contestae: quia quod S. Pontifex in signatura ad libellum supplicantis simpliciter per verbum fiat concedit, id deinde primitim in literis Apostolicis cum certis clausulis extenditur vel limitatur. Vid. *Reg. Canc. 25. De non iudicando juxta formam supplicationis, sed literarum expeditionum, & reg. 53. ut nulli seffragetur dispensatio, nisi literis contestatis, & utrobique Joann. a Chokier in Comment. in reg. Canc.*

Utrum autem saltem in foro conscientiae ut liceat dispensatione vel gratia ante literarum expeditionem dubitatur? Negativa videtur verior Joanni a Chokier ad d. reg. 53. n. 21. eo quod a tempore Pii V. in illa regula addita sint verba, *in iudicio vel extra cuiquam seffragetur &c.* allegat Garc. de Benef. p. 4. c. 1. n. 13. Et haec sententia tutior est. Altera tamen affirmativa non est improbabilis, quam docet Abbas, Rebus. Gutierrez & alij apud Chokier d. l. sub n. 10. & citati apud Zoel. h. t. n. 4. quibus adde Paulum Laym. in *Theol. mor. lib. 1. tract. 4. c. 23. sub n. 10.* Ratio adjungi potest, quod gratia quoad suam substantiam (licet non quoad omnes qualitates) dicatur perfecta per solam signaturam. Barb. *Jur. Eccles. n. 11. lib. 3. c. 13. n. 199.* & quamvis Pontifices novissime addant in regula, *in iudicio vel extra*, tamen istud verbum *extra*, potest habere alium sensum, quam ut forum conscientiae respiciat: ne v. g. Episcopus vel

parochus possit extra judicialiter procedere secundum gratiam ex sola signatura.

Nomine autem superioris, qui privilegia concedere valeat, praeter summum Principem veniunt etiam inferiores Domini, saltem circa tales materias, de quibus ipsi legem vel statuta concedere possunt. Neque refert, an privilegiatus sit subditus privilegiantis, dummodo materia privilegij sit sub ejus jurisdictione: ita potest Princeps alicui extraneo concedere privilegium, ut in suo territorio sit liber a solvendis vectigalibus, ita Imperatores multa privilegia partim in jure communi, partim per specialia diplomata Ecclesiis & Ecclesiasticis concesserunt, quamvis non sint sub jurisdictione saecularium Principum. *cap. quaquam. 4. de Censibus in 6.* Imò volunt DD. privilegium concessum non subdito, & in specie Ecclesiis habere naturam pacti, consequenter revocari non posse. *Gloss. in cap. 16. de R. J. in 6. vers. ex hac regula. Innocent. & Panorm. & Felin. in c. novit. 13. de Judiciis. Zoel. h. t. n. 39.*

II. Acquiritur privilegium per *communicationem*, quando superior privilegium, quod uni simpliciter concessit, etiam ad alterum extendit; ita privilegia unius Universitatis, vel Religionis solent communicari alteri Universitati vel Religioni, prout in *Lib. II. in Tit. 2. de Foro competent. dixi huic nostrae Univeritati in diplomate Pontificio & Caesareo communicata esse omnia & singula privilegia aliarum Universitatum Italiae, Galhae & Germaniae, non solum ad earum instar, sed pariformiter, & aequè principaliter &c.* Alia quoque exempla communicationis privilegiorum sunt in *c. 2. b. t. in 6. l. omnia. 35. Cod. de Episcopis & Clericis. in l. penult. Cod. de Advocatis diversorum iudiciorum.* & specialem tractaturam

tum de Privilegiis ad instar, id est, communicatis scripsit Horatius Mandolius.

Est autem notandum, quod regulariter hæc communicatio privilegiorum tantum intelligatur de presentibus tempore communicationis, & non comprehendat nova privilegia, qua priori privilegiato post communicationem accesserunt: nisi amplitudo verborum communicationis sit talis, ut inde possit colligi mentem privilegiantis fuisse etiam circa futura. Econtra si privilegio ad instar, sive communicationi addantur nova quadam privilegia, non propterea gaudebit isdem prior privilegiatus, cujus privilegia communicata sunt: quia dantur secundo privilegiato sine respectu ad primum, & alias privilegia ultra personas, vel res expressas ordinariè extendenda non sunt.

Quod si Privilegium alteri communicatum penes primum privilegiatum profus abrogetur, vel restringatur, non nocet secundo privilegiato per communicationem: quia hujus privilegium dependet quidem à priori in productione, sed non in conservatione, sicut rectè docet Suar. de Legibus. c. 15.

12. *Queritur* hoc loco, an privilegium statim effectum suum habeat à tempore collationis, vel potius tunc primum, quando devenerit in privilegiati notitiam ab eoque acceptatum fuerit? v. gr. an privilegiatus super decimis & tributis non solvendis possit cessare in solutione decimarum vel tributorum à die dati, vel potius accepti privilegij? Communior sententia distinguit, an superior per se, & motu proprio, vel etiam ad instantiam alicujus tertii, sine mandato tamen privilegiati contulerit privilegium, vel an privilegiatus ipse vel per epistolam vel Procuratorem pro eo supplicaverit? Primo casu non habebit effectum privilegia ante acceptationem, sicut qualibet alia do-

natio, vel beneficii collatio, l. absentis ff. de Donat. qui assenti 38. ff. de dimittenda possessione. c. si tibi assenti, in a. Preb. in 6. nisi superior velit privilegium statim effectum suum habere, quod ad voluntatem dependet. Altera autem ex parte à die collationis incipit effectus: tunc quando privilegiatus supplicat, & superior concedit, iam adest motus superioris, & consequenter perfecta donatio, ut notat Silvester V. Privileg. n. 16. Summus Matrim. lib. 3. diff. 36. Vult tamen quod dixi in Lib. IV. tit. 3. n. 17. nisi superior pro & contra latus expendi, in materia illam questionem, an licentia superioris pro rocho data aileo Sacerdoti ad celebrandum Matrimonia debeat necessario per hunc notuisse?

III. Acquiritur privilegium constitutione vel præscriptione, præteritum illius initium hominum memoriam excedit, communiter ipsi privilegio respondent. Text. & DD. inc. novis. 13. de Juris in c. super quibusdam, de Verborum significat. Sed & minori tempore videtur contra privatos 30. contra Ecclesiam 40. non potest scribi potest. cap. de quarta c. non nisi de Præscript. cum modo ille censetur ad hunc, que in tit. de C. consuetudin. c. de Præscript. traduntur.

### §. III. Qualiter amittantur Privilegia

#### SUMMARIUM.

14. Privilegium amittitur per interitum personarum res privilegiata.
15. Gratia non expirat morte concedentis, & si indulget concessit beneficium vel hanc.
16. Privilegium amittitur per abusum, & si non esse notandum.
17. Privilegium amittitur per renuntiationem, sed non nisi consensu publico, & non.

18. Exempti an & quando sua exemptioni renuntiare possint, & quanta prescriptio currat contra exemptionem?

19. Late examinetur difficultas quaestio, quando per renuntiationem tacitam, non usum, aut usum contrarium amittatur privilegia & ubi singularis interpretatio c. si de terra 6. h. t.

20. Privilegium quando cesset cessante causa finali

21. Revocatio quando & qualiter amittatur privilegia

Alia Summaria post §. 4.

14. **A**mittitur privilegium I. per *interitum personae*, aut *rei privilegiate*; Personae quidem, si privilegium personale, rei vero, sit reale sit. Veruntamen non indistincte per interitum rei interit etiam privilegium reale, sed tunc demum, si vel auctoritate superioris, vel aliunde sine spe refectionis res privilegiata destruat. Si vero per ruinam, bellum, aliumve casum domus v. g. privilegiata corruat, conservantur ejus privilegia, & reviviscunt, si deinde reficiatur. *l. ad s. 73. ff. de Contrabenda emptione. Gloss. in c. 7. in V. privilegium personale. de R. J. in 6.*

E converso per mortem superioris privilegium concedentis regulariter non amittitur ipsum privilegium, etiamsi superior re integra, id est, antequam privilegiatus suo privilegio utatur, decesserit, juxta receptum juris axioma, quod *gratie etiam re integra morte concedentis non expirant. c. si super. 9. de Officio deleg. in 6. c. si cui nulla. 36. de Præbendis in 6.* ita si quis obtinuerit privilegium à Pontifice vel Episcopo absolvendi in certis casibus, poterit uti suo privilegio etiam post mortem Pontificis, vel Episcopi concedentis.

Exceptionem tamen addit Pontifex *in d. c. si cui nulla. in fine.* circa gratiam, quæ datur per viam commissionis live delegationis, quæ non tendat in ipsius Commissarii, sed alterius tertii favorem v. g. ut alicui personæ certæ causâ cognitâ de beneficio

provideat, dispensationem concedat, qualis *gratia faciendâ* dicitur, & expirat morte concedentis re integrâ, antequam delegatus commissionem suam executioni mandaverit: sicut idem etiam accidit in rescriptis justitiæ, per quæ causa aliqua judicialis ad commissionem Papæ spectans inferiori committitur, & delegatur, ejus delegati officium expirat morte delegantis re integrâ, *c. relatum. 19. & c. gratum. 20. de Officio delegati.* Distinguitur autem *gratia faciendâ* à *gratia factâ*, de qua *in c. si super. 9. de Offic. de leg. in 6.* quod per illam tantum provisio vel dispensatio &c. quam executio demandetur, in hac autem gratiam ipsam perficiat Pontifex, & tantum alteri ejus executionem committat, quæ proinde gratia, cum jam in vita S. Pontificis fuerit perfecta, debet etiam post mortem ejus executioni mandari.

Censetur præterea aliquando gratia per viam commissionis data esse in favorem ipsius commissarii vel delegati, si universalis commissio ad plures causas facta sit v. g. ut semper auctoritate Papæ talis de beneficiis reservatis aliis providere, vel in certis casibus dispensare possit, quæ morte concedentis non expirat. *d. cap. si cui nulla. & ibi Barb. in Collect. DD. num. 1. Latè Sanch. de Matrimon. lib. 8. disp. 28.* Quid autem circa indultum conferendi beneficia reservata speciale ex *Reg. 15. Cancell.* videatur inferius n. 21.

Præterea etiam videtur addi posse illa limitatio circa privilegium motu proprio concessum, quod per superius dicta ad effectum producendum juxta communem requirat utriusque consensum, & privilegiati notitiam, & acceptationem, si ergo mors concedentis præveniat acceptationem, interumpit voluntatem ejus, & consequenter deficit utriusque consensus, *arg. l. absentis. 16. de Donationibus. junctâ l. 4. ff. Locati.*

16 II. Amittitur privilegium *per abusum* privilegiati, si occasione privilegij delinquat, veluti si quis spe immunitatis in Ecclesia crimen committat. *c. ult. de Immunitate Eccles. c. ubi. 7. dist. 54.*

III. Si privilegium cedere incipiat in grave aliorum vel communitatis detrimentum, saltem per sententiam revocari potest. *c. suggestum. 9. de Decimis. & c. penult. de Clericis non residentibus.*

17 IV. *Per renuntiationem expressam*, quæ fit per pactum, aut verbis expressis etiam amittitur privilegium; quia quilibet potest favori pro se introductione renuntiare. *l. penult. Cod. de Pactis.* Sed hoc, si privilegium præcisè favorem particularis persone respiciat, secus verò si principaliter concessum sit in favorem publicum, vel certi Ordinis, aut communitatis, vel si alterius, quam solius privilegiati interesse in tali privilegio versetur, quemadmodum Clerici privilegio *fori & Canonis* in honorem totius Ordinis Clericalis concessio renuntiare nullatenus possunt, *c. si diligenti. 12. de Foro competenti & c. contingit. 36. de Sentent. excom.* Item etiam exempti suæ exemptioni in præjudicium summi Pontificis, cujus jurisdictioni immediatè subsunt, renuntiare non valent. *Panorm. in c. cum tempore 5. de Arbitris.* Hinc etiam est, quòd contra talem exemptionem non nisi centenaria præscriptio, quæ sola contra Romanam Ecclesiam currit, amittatur. *Arnold. Rath. Professor quondam meus colendiss. in Tract. de Usucap. assert. 38. Faek. lib. 1. consiliorum. consilio. 56. per textum. in c. 4. de Confirmatione utili. & in c. ad audientiam. 13. de Præscript.*

18 Interim, quia privilegium non debet esse onerosum privilegiato, ne quod ob gratiam alicujus conceditur, in ejus dispendium retorqueatur. *contra reg. 6. Juris in 6. idèd graves DD. sustinent, quòd exempti cum*

suorum Prælatorum contentio (vel etiam ne hoc, si à Prælati irrationabiliter cogant subicere se possint Episcopo, ut ab eo solvantur à peccatis ac censuris, vel distinetur cum eis in voto, juramento, integritate, casu quo Episcopus, non autem habitus Ordinis talem facultatem habere. *Hærig. lib. 7. c. 25. n. 2. & lib. 15. c. ult. Molina tract. 3. disp. 61. Laym. in Stat. mor. lib. 2. tract. 4. c. 23. sub. n. 7.*

V. Amittitur Privilegium *per renuntiationem tacitam*, quæ juris interpretatione censetur fieri per non usum privilegij, *et usum contrarium.* Et in hoc quædam sententias DD. facile consentiunt.

Sed difficillima & propter diversitatem usque Juris textus plurimum immixta controversia est, quando temporè ipsa quot actibus ille non usus privilegij, *et usus contrarius* debeat fuisse commensus, ut dici possit privilegium ob *renuntiationem* amissum?

Etenim *in l. 7. ff. de Nondant. ad l. mundanis impetratis à Principi. unde tendo qui meruit decem tempore amittit.*

*In l. voluntaria. 12. C. de Exco. tor. rescriptis Imper. voluntaria tunc numerà privilegij nihil derogant. Consensum exponit Salicet. & DD. committer, quòd habens privilegium, ne recuset tutelas pupillorum suscipere, non perdat cet suo privilegio, si unam voluntaria suscipiat.*

*In c. cum accessissent. 2. de Constit. de Ecclesia cujusdam Canonici habuerunt statutum à Sede Apost. confirmatum, ne perceriatus, in eorum Ecclesia amplius decimas esset, sed fructus & proventus eorum Canonicos distribuere, rescriptis Sacerdotifex, hoc statutum debere in suo robore manere, nisi postea dicitur Canonici commoverint, aliquem in primicerium eligere.*

In *c. si de terra. 6. h. tit. Alex. III. Ab-*  
*bati & Monachis S. Andreae Cisterc. Ord.*  
 decisionem dedit in hæc verba: *Si de terra*  
*quam habetis in Parochia Canonico-*  
*rum de Plautio, per triginta annos eis deci-*  
*mas persolvistis, eas sibi de cætero inte-*  
*grè persolvatis. Licet enim privilegio-*  
*rum Romano Ecclesie beneficio Fratribus*  
*Cisterc. Ord. indultum fuerit, quòd de*  
*laboribus suis nullas decimas persolvere*  
*debeant: de privilegio tamen indulto*  
*tanto tempore vobis detrahere voluistis:*  
*cum liberum sit unicuique suo juri re-*  
*nunciare, eoque modo non potestis vos in*  
*hac parte tueri. In hoc igitur cap. in*  
 triginta annorum decursu tacita privilegii  
 renunciatio censetur. At

In *c. accedentibus. 15. eod. tit. Innoc.*  
 III. de quadraginta annis responsum de-  
 dit: *Mandamus, inquit, quatenus si Ab-*  
*bati & Monachi sufficienter ostenderit,*  
*quòd à Templariis decimas de Terris*  
*prædictis per quadraginta annos conti-*  
*nuè perceperint sine, lite vos ad præsta-*  
*tionem ipsarum Templarios compellatis,*  
*cum enim tanto tempore contra privi-*  
*legia decimas solverint, eis renunciasse*  
*tacite præsumuntur. Quòd si in proba-*  
*tione defecerint, ab ipsorum impetitione*  
*Templarios absolvatis.*

Circa istorum textuum diversitatem va-  
 rias excogitarunt conciliationes & re-  
 solutiones, uti videri est apud Gloss. Pa-  
 norm. & Barbol. cc.

Prima conciliatio est Summarii in *d. c.*  
*accedentibus. 15. n. 4.* quòd quidquid sit  
 de jure Civili, de jure Canonico privilegia  
 Ecclesiarum olim quidem tempore Alex.  
 III. fuerint extincta lapsu triginta annorum,  
 com & alie præscriptiones rerum Eccle-  
 siasticarum olim nonnunquam 30. annis  
 fuerint admittæ. *c. Sanctorum. 3. de Præ-*

*scripti. id tamen postea per Innoc. III. in*  
*dict. c. accedentibus. ad 40. annos fuerit*  
 extensum. Verum hæc sententia aliis non  
 immeritò displicet, eò quòd longè ante  
 tempora Alex. & Innoc. III. ab Antecesso-  
 ribus Pontificibus & Justiniano Imper. præ-  
 scriptio quadragenaria fuerit introducta.  
*c. 2. causa 16. q. 5. c. de quarta. 4. & c. illud.*  
*8. (quod cap. est ipsiusmet Alex. III.) de*  
*Præscript. aurb. quas actiones. C. de SS.*  
*Eccles. Et d. c. Sanctorum. Summarium*  
 & Gloss. de præscriptione Ecclesie contra  
 privatam interpretantur, ad eum modum,  
 quo de jure Civili præscriptio 30. annorum  
 datur. *tit. Cod. de Præscript. 30. annorum.*

Alterà solutio est Gloss. in *d. c. acce-*  
*dentibus. in V. per XL. annos.* quòd privi-  
 legia perdantur eodem tempore, quo præ-  
 scribitur contra jus commune, quòd verò  
 in *d. c. si de terra. triginta annorum, & in*  
*c. accedentibus. quadraginta annorum mē-*  
 tio fiat, non esse dispositionem juris sed  
 narrationem facti, quia scilicet in facti con-  
 tingentia illorum Capitulorum ita accidit,  
 quanto autem tempore contra jus commune  
 præscribatur Glossa ulterius non decidit.

Barbosa in *d. c. si de terra. quamvis n. 4.*  
 præfatam Glossæ interpretationem rejicere,  
 tamen deinde *sub. n. 7.* planè cum eadem  
 convenire videtur: dicit enim se existima-  
 re, quòd allegati textus nec in tempore 30.  
 nec 40. annorum, sed in tacita renunciatio-  
 ne se fundent, & istius tacite renunciatio-  
 nis præsumptio ex non usu vel usu contrario  
 longo tempore etiam duntaxat decem anno-  
 rum contra ipsas quoque Ecclesias inducatur.

Paulus Layman. in *Theol. moral. lib. 1.*  
*tract. 4. cap. 23. n. 21.* cum Suarezio &  
 aliis, quos citat, facit distinctionem inter  
 privilegia *affirmativa*, quæ scilicet dantur  
 ad aliquid faciendum, uti est privilegium  
 nundinarum, vectigalium exigendorum &c.

& inter

& inter privilegia *negativa*, quæ sunt ad non faciendum v. g. immunitas à solvendis decimis, vectigalibus &c. Illa de *affirmativa*, si alius sint onerosa, censet amitti per *non usum* lapsu decennij. *arg. d. l. i. ff. de Nardini*. nam & privilegium nundinarum inter onerosa numerat Gloss. pen. in c. ut privilegia. 24. h. t. cum saltem oneri sint Mercatoribus incolis, quo minus propter adventum exterorum res suas distrahere & lucrum captare valeant. Modo tamen utendi occasio fuerit, alioquin non volenti agere non curret præscriptio, ut si habens jus gladii longo tempore nullum malefactorem ceperit. Vid. Gail. lib. 2. observ. 60. n. 6. Ita vero *negativa* ait duplici via amitti posse, vel per viam præscriptionis (quod maxime procedit, quando Adversarius aliquis est in possessione contra privilegium, ut in d. c. *accidentibus*) & tunc Ordinarium tempus præscriptionis requiritur: vel per viam tacite renuntiationis, & tunc sufficit *actum contrarium* privilegio exercere, dummodo ex circumstantiis, vel lapsu temporis præsumi possit actum contrarium animo renunciandi privilegio factum fuisse.

Addit verò exceptiones, ut I. circa privilegia nemini onerosa tam affirmativa v. g. dispensandi, absolvendi, consecrandi &c. quam negativa, v. g. non jejunandi &c. quæ ex plurium sibi ad stipulantium opinione docet per non usum aut usum contrarium haud quaquam perire, cum in similibus non usus vel usus contrarius sit actus liberae voluntatis, qui non inducit præscriptionem vel renuntiationem: præsertim si privilegium non consistat in uno solo actu, sed habeat causam successivam & effectum reiterabilem *arg. l. voluntaria C. de Excusat. tut.* & idem docet in qq. Canon. *De Pralat. elect. Dilectæ disp. 9. 225.*

II. Tradit, privilegia concessa principali-

ter in favorem Ecclesiæ, alteriusque communitatis, non posse tolli per renuntiationem particularium personarum v. g. Prælati, Liberti, nisi superveniat tempus præscriptum legitimum. Ceterum autem quod in ipso respondendum sit ad textum in d. c. *in terra*, h. t. ubi tacita renuntiatione Monasterium habetur pro sufficienti, eum tempus annorum ad præscriptionem requisitum non fuerit elapsum, ulterius non explicat, ad Suarez. d. l. c. 24. n. 18. & 24. & ex eodem in d. c. *si de terra*, sub. n. 7. singulariter notavit, quod hæc sit privilegiorum natura, ut per non usum amittantur: & sub hæc conditione ab initio intelliguntur concessa tam respectu Ecclesiarum, quam communitatum.

Quid ergo in re tam perplexa dicendum: expedit sane in hac DD. declaratione, quæ in praxi frequenter magna præcisa secum trahere potest, aperientem præ declarationem habere, interim tunc expressè ab aliquo S. Pontifice emanet, cuiuslibet eorum relinquo, quam ex relictis opinionibus tanquam probabiliorē sequi vult. Alio salvo meliori iudicio, videtur difficultatium minium facillimè enodari per illam exceptionem, quam sepe citat Gloss. in d. c. *accidentibus*, h. t. attulimus, nimirum quod mentio de 30. & 40. annis in d. c. *in terra* cum narratio facti, non dispositio nisi de verò privilegia amittantur eodem tempore, quo contra jus commune præscribitur. In Gloss. quamvis textu expresso non firmat plurimum tamen rationabilis est, quod privilegium lex privata est, ut in *prælati*, h. t. dicitur, & cum lege communi in causa vacante & materiali convenit: Imo eadem majori ex parte in formali, & potissimum tantum in finali differt, quod lex communi ad publicam utilitatem, privilegium vero privatam tendat, ex hac ipsa tamen differe-



tia validum argumentum à majore ad minus duci potest; si enim lex communis publicam utilitatem concernens spatio v. g. 10. annorum per non usum abrogari potest, ergo multo magis privilegium privatam tantum utilitatem respiciens, præsertim si sit contra jus commune, aut in præjudicium tertij, quod alias restringi meretur, & favorabilis est ad jus commune reductio. Abb. in cap. fin. de Consuet. n. 19. & Felin. in c. cum accessissent. de Constit. de hac tamen reductio ad jus commune, quanto tempore fiat, & de doctrina Abbatis & Felini. ad. II. videatur Gonzalez ad reg. 8. Cancell. Glossa. 7. n. 9. & multis seqq.

Sed jam videamus quanto tempore per non usum, vel usum contrarium juri communi derogetur? Fatetur Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. cent. 1. cas. 33. n. 6. non esse jure definitum tempus ad introducendam consuetudinem contra legem, & ideo iudicis arbitrio relinquendum, qui juxta levitatem vel gravitatem materiam, super qua consuetudo introducta prætenditur, etiam contra Ecclesias aliquando decem, aliquando quadraginta, & aliquando immemorabile tempus determinare debeat. Idem penè docet Valentinus, tit. Decretal. de Consuetudine. §. 2. num. 2.

Alij verò distinguunt, an lex ab initio nunquam fuerit in usum deducta; vel an fuerit aliquando deducta, sed postea contrario usu intermissa? Priori casu censent spatium decem, etiam contra legem. Ecclesiasticam sufficere, posteriori autem contra legem Civilem decennium, contra Ecclesiasticam 40. annos requiri Garc. de Benefic. p. 7. c. 1. n. 137. Navar. in Man. confess. cap. 23. n. 40. 41. & 62. Erasimus à Chokier de Jurisd. Ord. in exempt. p. 1. q. 50. n. 26. Zoël. ad tit. Decretal. de Consuetud. num. 24. Laym. in Theol. Moral. lib. 1. tract. 4. c. 3. n. 4. ubi plures allegat.

ENGEL IN DECRET. LIB. V.

Et ista opinio videtur optimè ad nostrum propositum accommodari, atque per eam plures textus & DD. inter se conciliari posse, ut scilicet illi, qui amissioni privilegiorum ex non usu quadraginta annos præscribunt, intelligantur de privilegiis semel receptis & usitatis; qui verò minori tempore v. g. 10. annorum contenti sunt, intelligantur vel de jure Civili, vel etiam de jure Canon. in privilegiis, quæ nunquam in usum devenerunt.

Specialis quidem adhuc superest ratio dubitandi circa d. c. si de terra. 6. h. 1. ubi privilegium immunitatis à solvendis decimis pridem fuit Ordini Cist. concessum, & utique etiam saltem in aliis locis in usum deductum, & tamen minori tempore, quam 40. annis amissum. Sed sciendum est, quod privilegium Cisterciensium, & aliorum monachorum, ne teneantur de laboribus suis dare decimas, sit clausum in corpore Juris. c. decimas. 47. causa. 16. q. 1. c. ex parte. 10. cum seqq. X. de Decimis. ideoque comparatur legi communi, juxta dicta superius sub n. 2. sicut ergo lex potuit in uno loco fuisse, & non in altero, ita quoque tale privilegium, si ab erectione Monasterij ejus usus per longum tempus fuerit non tantum intermissus, sed insuper contra privilegium nemine cogente actum, forsan autem nonnunquam talibus novis religionis ex justa causa per restitutionem in integrum succurreretur. Arg. L. un. C. Si adversus usucap. junct. c. 1. de integ. rest. Quod si quis in favorem Religionis interpretationem singularem tentare veller, & dicere, hic nos versari in casu medio, ubi privilegium Ordini concessum partim receptum est, partim non receptum quoad specifica loca, ideoque S. Pontificem, in d. c. si de terra. plus quam 10. & minus quam 40. annos scilicet 30. statuisse, putarem non omni probabilitate destitui. Licet autem objici posset, idem consequenter de-

Q99 999

bere

bere dici de alijs legibus, quæ in aliquibus locis receptæ, & in alijs receptæ non sunt; assignabilis tamen foret disparitas, quod inter locum & locum minor sit connexio, quam inter Monasteria ejusdem Ordinis, ut nihil dicamus, quod ipsum per aliam legem vel Canonem (abstrahendo à præfenti) decimum non sit, quanto tempore lex præsertim Canonica alicubi recepta in particulari loco aboleatur.

Cur autem Ecclesia minori tempore amittere debeat privilegium nunquam ab initio in usum deductum, quàm deductum & postea intermissum? ratio non incongruè assignari potest, quod jus privilegij semel in usum deductum quoad proprietatem & possessionem verè incorporatum sit Ecclesie, ideoque sicut alia jura incorporalia Ecclesie sine debitis solemnitatibus, aut legitima præscriptione alienari nequeat, at verò privilegium, cujus usus & possessio nunquam cæpta est, videtur comparari posse rei nunquam traditæ, seu Ecclesie bonis incorporatæ, prout in servitutibus aliisque juribus incorporalibus usus sciente & patiente adversario traditionis loco habetur. *l. 3. ff. de Usufructu. l. fin. ff. de Servitutibus. l. 1. §. 2. ff. de Servit. rust. præd.* quales res ex communi DD. sententia etiam sine solemnitate renunciari possunt, cum potius censeantur pleno jure non acquiri, quam alienari, *arg. l. 6. ff. Que in fraud. credit.* ut in Tit. de Reb. Eccles. non alien. diximus. vid. Sylv. v. alienatio. n. 14. Riccius in praxi aurea. p. 1. resol. 92. & proinde hæc ipsa renunciatio per non usum longi temporis vel usum contrarium in privilegijs juxta naturam ipsorum facta censetur.

Illi quoque non est contemnenda interpretatio Barbolæ in d. c. si de terra. h. t. n. 5. circa diversitatem textuum in eod. c. si de terra. & in c. accedentibus. h. t. quod

in cap. accedentibus. ideo 40. anni fuerint expressi, quia ibi agebatur de vera præscriptione Monachorum contra Templarios, cum de jure communi decimæ ad Monachos non pertinebant; at verò in c. si de terra. non fuerit opus præscriptione ex parte Canoniorum, utpote ad quos in illo casu per Parochiali spectabant decimæ, sed tantum renunciatione & amissione privilegij ex parte Cisterciensium, (quæ ex non usu, vel potius usu contrario longo tempore communi præsumitur) eaque facta ipso jure decimæ Canonicos redibant.

Textum porro in c. cum accessisset de Constitut. ubi unico actu videtur renunciari posse privilegio, explicat Barb. not. num. 6. quod istud privilegium non habuerit effectum successivum, sed unico effectu constituitur, & ideo per unicum actum contraventionis tolli potuerit, sicut enim extractio dignitatis (de qua in illo cap.) unico actu perficiebatur, ita contraventio unico actu, ut ea de novo erecta & privilegium restitutum censeatur. Quod si verò privilegium haberet effectum successivum & esset retractabilem, v. g. non solvendi decimæ vectigalia &c. ceteris cum Suar. d. d. l. c. 35. num. 12. & seq. per unum actum contraventionis non amitti privilegium, immo exinde adversario quasi possessionem in ordine ad præscribendum contra privilegium.

VI. Perdatur privilegium, si cesset causa finalis, ob quam datum est, secundum regulam, quod cessante causa cesset effectus. *cum cessante. 60. de Appellat.* Interim tamen ordinariè (nisi saltem constet de mente conditoris) dependeat quidem privilegium causa finali in produci, non verò in cessare, ideo habebit locum alia regula 77. *in 6.* quod factum legitime retractari non debeat, licet casus postea eveniat, à quo non

potuit inchoari. V. g. si Monasterio ob eius temporis inopiam concessum sit privilegium decimandi in aliena Parochia, vel exemptio à decimis in propriis agris, non expirabit hoc privilegium, licet Monasterium postea facultatibus augeatur. Zoës *h. t. n. 22.* Quare hic quintus modus amittendi privilegium tunc præcipue procedit, si finis non tantum cesset negativè, sed contrariè, si scilicet usus privilegij ratione mutata materia, vel circumstantiarum fiat illicitus & injustus; vel si in ipsiusmet privilegij detrimentum cedat: veluti Clericus minorennis in causis beneficalibus agere potest in iudicio sicut majorennis. *c. ult. de Judicio. in 6.* non tamen propter hoc privilegium tanquam majorennis à beneficio restitutionis in integrum excluderetur, quod enim ob gratiam alicujus est introductum, non debet in eius odium retorqueri. *c. quod ob gratiam. 61. de R. l. in 6.*

VII. Demum amittitur privilegium revocatione concedentis, vel ejus heredum: est enim hæc ordinaria natura privilegiorum, ut sub tacita revocationis conditione dari soleant, prout cum Gloss. communiter sentiunt interpretes *ad c. n. vlt. 13. de Judicio. & ad reg. 16. juris in 6.* Sunt autem hæc aliqua breviter notanda.

I. Si superior privilegio addiderit clausulam, *ad beneplacitum meum. quamdiu volvero &c.* expirabit privilegium sine alia revocatione sola morte concedentis, quia per mortem interruptitur ejus voluntas, & beneplacitum. *c. si gratiose. 5. de Rescriptis in 6. juxta L. 4. ff. Locati.* secus est, si v. g. dixerit: *ad beneplacitum sedis Apostolicæ, vel Episcopalis:* quia ipsa sedes non moritur. *d. c. si gratiose.* Item si dicitur: *donec revocavero &c.* nihil immutatur morte concedentis, quia ex vi & genuino sensu talium verborum requiritur positiva & actualis revocatio. Cov. *Variarum Resolut. lib.*

*3. cap. 15.* Illud quoque speciale est ex reg. Cancell. 9. & 15. quod *indultum seu privilegium conferendi beneficia reservata* per creationem novi Pontificis revocetur, & consequenter ejus renovatio denuo petenda sit. Interim nihil videtur ob stare, quin sede Papali vacante exerceri possit, præsertim si beneficia sint tantum ex regulis Cancellariæ reservata, ut in mensibus Papalibus, regulæ enim Cancellariæ morte S. Pontificis expirant, & Sede vacante non obligant, ut *in lib. III. in tit. de Prabend.* dictum, ubi de regulis Cancellariæ & Concordatis Germaniæ actum est: hinc non inconvenienter circa *indultum conferendi beneficia reservata* pronunciari potest, quod *vivat mortuo etiam summo Pontifice* (ut superius *n. 16.* traditum) *& mortuis regulis Cancellariæ* (quæ Sede vacante non ligant) *Pontifice autem & regulis reviviscentibus moriatur, & resurrectione indigeat.* Inter Regulam autem 9. & 15. hoc interest, quod in illa sit quidem amplior derogatio & revocatio cum multis efficacibus clausulis, sed ratione reservationis mensium tantum; in Reg. autem 15. sit quidem generalis revocatio indultorum circa beneficia reservata, sed loquatur tantum de indultis ad vitam alicujus, vel aliud certum tempus concessis, neque habeat valde amplas clausulas, vid. Chokier *in reg. Cancell. ad reg. 8. Cancell. & reg. 14.* ubi *in reg. 8. Gloss. 14. n. 4.* etiam illud notabile ponit, quod indulta & privilegia per has regulas revocata sede Papali vacante mortuis regulis reviviscant, usquedum denuo creato novo Pontifice revocentur, vel ab eodem approbentur.

II. Privilegia data non subditis aut causâ remunerationis, vel per viam conventionis non revocari, nisi ex causa publica, supra in §. i. diximus. Et docet Bald. *in L. ult. ff. de Senatoribus.*

III. Per legem generalem non derogatur particularibus privilegiis, nisi eorum mentio fiat, vel addatur clausula: *non obstantibus quibuscumque privilegiis sub quacunque forma concessis*: quia lex generalis tollit aliam generalem prius latam sibi contrariam, sed non particularem legem, statutum, vel consuetudinē. *c. 1. de Constitut. in 6.*

IV. Lex generalis sine expressa & speciali mentione non tollit privilegia clausa in Corpore juris, & prius per legem generalem certis personis data. Imò et si lex posterior habeat clausulam: *non obstantibus privilegiis, &c.* volunt tamen DD. hanc clausulam (nisi aliter constet de mente legislatoris) non intelligi de privilegiis clausis in Corpore juris, utpote quæ non sint simpliciter privilegia, sed etiam leges communes. Barb. *ad principium hujus tit. num. 8. V. g.* si Pontifex mandat, fructus clericorum obceptorum de suis beneficiis sequestrari per Episcopum ad solvenda debita non obstantibus privilegiis; per hanc legem non censeretur comprehensum privilegium *c. Odoardus. 3. de Solutionibus*, ex quo Clericus obceptoratus non tenetur in solidum, sed quantum facere potest deducta congrua sustentatione, sed fortassis tantum privilegium exemptionis à Jurisdictione Episcopi. &c.

V. Si contra privilegium prius concessum concedatur alteri novum privilegium vel rescriptum, censetur hoc posterius privilegium per rescriptum tacita veritate & subreptitiè obtentum, adeoque invalidum, nisi de priori fecerit mentionem. *c. 1. & c. cum ordinem. 6. ubi. Gloss. & Panor. de Rescriptis. c. ex parte. 12. de Officio delegati*, vel nisi prius privilegium fuerit generale, posterius verò speciale; generi enim per speciem derogatur. *c. generi. 34. de R. l. in 6.* & exemplum videri potest *in c.*

*dundum. 14. §. nos igitur. &c. quatuor. bi. 30. de Præbendis in 6.* Sed & hinc non procederet, si per speciale privilegium alteri in jure qualitate grave præjudicium rireretur teste Pan. *in c. ex l. in 9. de Presbyterorum.*

Postremo privilegii revocatio, ut effectum habeat, debet privilegio utantur à superiore, ne alias plura incommoda quantur, si privilegiatus ex ignorantia revocationis uteretur suo privilegio, et tunc verò adversa postea talis usus vel actus fecutus impugnaretur; si tamen evenerit fieret per legem generalem cum illa clausula *non obstantibus quibuscumque privilegiis* sufficeret generalis promulgatio, qua tunc in promulgatione legum servari debet. Sanch. *de Matrimonio. lib. 3. d. 1. §. 1.*

## §. IV.

In specie de Privilegio Exemptionis à Jurisdictione Episcopi vel Ordinarii.

## SUMMARIUM.

22. Exemptio quid & quæ sit?
23. Exempti alii nullius diocesis, nisi in diocesi.
24. Exemptio in capite & membris quid?
25. Eximere quis possit.
26. Exemptio acquiritur etiam prescriptione.
27. Episcopus habet fundatam jurisdictionem in exemptis, & ibi an pendente litte possit jurisdictione.
28. Exemptio quibus verbis probetur.
29. In loco exemptio non potest Episcopo extingui jurisdictionem.
30. Potest tamen ibi celebrari litina, non tamen actus Ordinis exerceri.
31. Episcopus potest aliquando contra exemptos delegatus, aliquando ut Ordinarius.
32. Exemptus c. 1. h. in 6.
33. Regularem exemptum deringentem qui per Episcopum procedente contra exemptum appellatur.

Cum in *h. t.* frequentissima fiat privilegij exemptionis mentio, & in praxi crebra inter exemptos & Ordinarios sint iurgia, ideo quaedam saltem certiora ad intellectum Jurium & Authorum de hoc jure loquentium necessaria exponam.

*Sciendum* igitur I. exemptionem esse privilegium, quo persona aut locus a jurisdictione Episcopi vel Ordinarii subtrahitur, & summo Pontifici immediate subijcitur.

Dico: *persona* aut *locus*: est enim exemptio alia *personalis*, quae certae personae, alia *localis*, quae certae Ecclesiae, Monasterio, vel etiam territorio conceditur. Possimus addere exemptionem *mixtam*, quae scilicet *loco & personae* adhaeret, prout diversis Religiosorum ordines non tantum quoad sua Monasteria, sed etiam ad personas suas, ubicumque existant, exempti sunt. *c. cum capella. 16. hoc tit.*

*Sciendum* II. exemptos alios dici *nullos Diocesis*, alios *in Diocesi quidem, sed non de diocesi*. Nullius diocesis sunt, qui habent speciale territorium, ac populum exemptum, ubi jurisdictionem quasi Episcopalem exercent, ac Ordinarii nomine veniunt, quamvis ipsi Episcopi non sint, sed tantum Praebiti, vel Praepositi aut similes. *In diocesi, sed non de diocesi* dicuntur, qui quidem quoad suas personas, vel particularem aliquem locum V. g. Monasterium exempti sunt, certum autem populum aut territorium exemptum non habent, sed intra fines certae diocesis sive Episcopatus existunt.

*Sciendum* III. Aliam exemptionem esse *tam in capite, quam in membris*, quando scilicet non tantum principalis locus, sive Monasterium aut Collegium exemptum est, sed etiam omnes capellae, beneficia & Parochiae annexae. Aliam autem *in capite tantum*, quando tantum ipse principalis locus exemptus est, non autem annexae Pa-

rochiae, vel beneficia *c. ex ore. 17. h. t.* Quo posteriori casu illud notandum est, quod Abbas v. g. exemptus pro talibus locis non exemptis Episcopo reverentiam exhibere, ad Synodum diocesanam comparere, ejusque mandata super illis membris suscipere teneatur, ita tamen, ut in Synodo diocesana praerogativam & primum post Episcopum locum obtineat. *d. c. ex ore.*

*Sciendum* IV. exemptionem praesertim 25 in capite & membris regulariter tantum a summo Pontifice concedi, quia ipse solus potest juri Episcopatum derogare; aliquando tamen ex justa causa, & accedente Capituli consensu posse etiam Episcopum aliquam Ecclesiam suae diocesis a sua jurisdictione eximere & loco exempto unire, adeo quidem, ut talem exemptionem amplius revocare non valeat, docet Barb. de Officio Episcopi. parte 3. allegat. 89.

*Sciendum* V. exemptionem non tantum 26 acquiri privilegio, sed etiam praescriptione 40. annorum, maxime quoad membra non exempta, si caput exemptum sit, *d. c. ex ore. & c. auditus. 15. c. cum olim. 18. de Praescript.* Optime Panor. in *c. cum non liceat. 12. circa finem. de Praescript.* Non obstat. quod contra obedientiam & visitationem non admittatur praescriptio. *d. c. cum non liceat. & c. cum ex officio. 16. de Praescript.* 14. enim non posse praescribi contra obedientiam *extinctive*, ita ut nulli debeatur obedientia, posse tamen *translative*, ut alteri quam Episcopo, scilicet summo Pontifici vel Abbati obedientia exhibeatur. Barb. d. p. 3. allegat. 128. n. 3. & 8.

*Sciendum* VI. Episcopum habere intentionem fundatam in jure contra omnes in 27 sua diocesi existentes, ita ut qui se exemptum dicit, hanc exemptionem coram viris prudentibus & non suspectis ab Ordinario deputandis probare debeat. *c. cum persona*

7. h. t. in 6. An autem pendente lite super exemptione Ordinarius possit uti sua jurisdictione, distinguitur in eodem c. 7. an is, qui se dicit exemptum, alleget privilegium validum; vel prescriptionem unam cum privilegio, quod licet in se minus forsan subsistat, præstat tamen titulum præscribendi vel denique an se fundet in sola prescriptione alicujus privilegij. Primis duobus casibus deciditur, suspendendam esse Episcopi jurisdictionem, & alterum relinquendum in possessione exemptionis. In tertio autem casu etiam pendente lite Episcopum uti posse sua jurisdictione. Verum hujus tertij casus decisio ita declaranda est, ut non procedat, si quis fuerit in possessione exemptionis longiori tempore & considerabili, sicut ex decisione Rotæ Romanæ probat Barb. d. p. 3. allegat. 127. n. 41. & tradit Oliv. Beltram. in addit. ad Greg. XV. decis. rotæ. 312. Riccius in Praxi aurea tomo 4. resolut. 303. in fine. Est enim regula communis juris, quod pendente lite non debeat aliquis privari commodo sua possessionis secundum Rubricam & text. c. 1. §. 2. Ut lite pendente nihil innovetur. in dubio autem non censetur derogatum juri communi, quod multis vigiliis fuit promulgatum juxta textum in L. si quando. 35. in princ. Cod. de Inoffic. testamento. Quod si per Episcopum vel Deputatos ab eo contra exemptionem pronuntiatum fuerit, dabitur appellatio ad sedem Apostolicam, per quam appellationem denuo jurisdictioni Ordinarii suspenditur.

28 Quibus autem verbis in literis Apostolicis probetur vel concedatur exemptio, traditur in c. per exemptionem. 9. c. si Papa. 10. h. t. in 6. videlicet si Papa dicat, aliquam Ecclesiam esse exemptam. liberam, juris B. Petri, ad sedem Apostolicam nullo medio pertinere; vel si quosdam in speciales sub-

ditos recipiat. Non verò probatur exemptio si quosdam recipiat in speciales, necneque etiam si priora verba ponantur in literis, quæ non sunt concepta principate super exemptione, sed super alia causa tunc talia verba, per quæ aliqua Ecclesia dicitur exempta; tantum narratæ, & potissimum ex suggestione parium, non deservit, & in ordine ad probandam exemptionem censetur infera. d. cap. si Præ-

Sciendum VII. locum exemptionis cum extra diocesim judicandum esse a proinde sicut Episcopus, vel quævis alia iudex contentiosam jurisdictionem extra territorium exercere & artem provinciali federe non potest, nisi licet a propria diocesi violenter expulsi, extra loco exempto. c. cum Episcopus. 7. de officio Ordinarii in 6. Clem. unius de iis competenti.

Celebrare tamen divinis, vel coram Episcopo celebrari etiam in Pontificalibus in Archiepiscopo & Episcopo in Clero. Archiepiscopo. 2. h. t. dummodo sub prætextu concessionis non usurpet jurisdictionem aut molestiam; vel gravamen illi. Text. Barb. & DD. in d. Clem. ac licet exemptus sit in Provincia, vel Diocesi propria adedque sedes si nullus, vel alteratus fuerit. Alios quoque actus Ordinarii, ut consecrationes vel ordinationes in locis exemptis sine licentia superiorum loci ac etiam Ordinarii, in cuius diocesi eius exemptus situs est, non videtur competere Episcopis in 7. Coarctat. Trid. sess. 24. Refor. c. 15. & notat. Quaranta in Summa Bullarii verb. Archiepiscopi auctoritate sub n. 32.

Sciendum VIII. Episcopum habere potest casibus in exemptos jurisdictionem quando delegatam, aliquando ordinariam.

am: delegatam tunc censetur habere, quando in Canone sive jure dicitur, ut contra exemptos *authoritate Apostolica* vel *tanquam Sedis Apostolica* delegatus procedat, sicut diximus superius in *Lib. III. in Tit. Ne Sede vacante & in Tit. de Officio delegati*, & exempla passim occurrunt in *Trid.* quæ alijs locis juxta suas materias posuimus. *Ordinaria* verò tunc datur Episcopo in Exemptis, quando ei simpliciter conceditur jurisdictione, vel illa clausula additur: *non obstantibus privilegiis & exemptionibus quibuscunque*: tunc enim remoto exemptionis privilegio procedit Episcopatus tanquam Ordinarius.

Præter alia habetur exemplum multum allegari solitum in *c. 1. h. t. in 6.* ubi Episcopo datur simpliciter jurisdictione in Exemptos, si in sua diocesi extra locum exemptum deliquerint, contraxerint, aut pro re non exempta conventi fuerint. Attamen hanc interpretationem interpretatur *Cov. Practicarum 99. c. 11. n. 5.* quod procedat, si exemptio sit certo loco circumscripta, non autem si sit mixta, loco & persone annexa. Quæ interpretatio non tantum confirmatur e: eodem *c. 1. §. in eos. item ex c. cum capella. 16. X. h. t.* sed etiam ex Concilio Trident. *d. sess. 6.*

*c. 3.* ubi contra Regularem exemptum extra Monasterium delinquentem Episcopus non simpliciter, sed tanquam Sedis Apostolicæ delegatus procedere potest. Et hoc intelligitur de eo, qui ordinariè vel saltem per longius tempus solet degere extra Monasterium, in loco non exempto, si verò delinquens extra Monasterium solet ordinariè in Monasterio exempto vivere, primarius hujus delicti iudex erit Abbas. *Trid. sess. 25. de Regularibus. c. 14.*

Porro si Episcopus procedat, ut delegatus Sedis Apostolicæ ab eo ad summum Pontificem tanquam delegatam, si verò ut Ordina-

rius ad Metropolitanam appellandum erit. *Barb. d. p. 3. allegat. 92.* quia tamen summus Pontifex cum omnibus inferioribus judiciis concurrentem jurisdictionem habet, & quilibet omisso suo Ordinario potest immediate apud Sedem Apostolicam agere, ut in *tit. de Officio ordinarij* dicitur, ideo non videtur prohibitum exemptis, indifferenter ad Sedem Apostolicam appellare, quod aliquando expedit pro cautela, ne successive inferiores iudices majorem contra ipsos jurisdictionem quarant, præsertim quando dubium est, an Episcopus ordinariè vel delegatè potestatem procedat, veluti quando in Canone additur particula, *ut etiam tanquam Sedis Apostolicæ* delegatus procedere valeat.

Ceterum Jurisdictio generaliter in aliquo casu data Episcopis non comprehendit exemptos, nisi specialis eorum mentio fiat. Consuetudo quoque & præscriptio contraria Jurisdictioni Episcoporum derogare potest; item & supplicatio apud Sedem Apostolicam cum expositione gravaminum: Sicut hæc & alia videri poterunt apud *Barb. locis cit.* & apud *Erasmum à Chockier*, qui specialem tractatum *de Jurisdictione Ordinarij in exemptos* edidit.

TIT. XXIV. & XXXV.  
De Purgatione Canonica  
& Vulgari.

SUMMARIÆ.

1. Purgatio quid sit & estque duplex Canonica & Vulgari.
2. Purgatio Canonica indicatur infamato de crimine, quod tamen non est notorium, nec sufficienter probari potest.
3. Quæ solemnitate fiat purgatio Canonica.
4. De Jure Civilis, & etiam de Jure Canonico in personis vilibus aut infamibus purgationis ordinariè locus non est.

5. Antiqua purgationis Canonica modus per lectionem Missæ, vel sumptionem SS. Eucharistia.  
6. Purgatio vulgaris est reprobata.  
7. Tortura quomodo differat a purgatione vulgari.

**P**urgatio est modus à Jure inventus, quo suspectus & infamatus de crimine, qui per sufficientes probationes de eo convincti non potest, cogitur ostendere suam innocentiam. Et hæc purgatio alia est Canonica seu à SS. Canonibus statuta & approbata, alia vulgaris, nullo scilicet legitimo modo introducta, sed vulgi usurpatione ac superstitione recepta.

2. Indicitur ergo Purgatio Canonica à Judice competente non cuilibet leviter suspecto, sed illi, contra quem fama publica apud majorem partem populi, & viros quoque honestos ex probabilibus rationibus & indicijs (juxta ea, quæ Lib. II. de Probat. §. de fama, diximus) invaluit, ut tollatur scandalum populi & infamato per purgationem legitimam honor restituatur. *c. cum in juvenute, 12. & c. cum dilectis, 13. in sine h. t. c. inquisitionis, 21. §. quævisisti. & c. qualiter & quando, 24. de Accusat.* Neque debet purgatio injungi, si crimen notorium sit vel alijs legitimis testibus probari valeat, tunc enim ordinarium judicium formandum, & condemnationis sententia ferenda est, sed tantum in subsidium deficientibus plenis probationibus. *d. cap. cum dilectis.*

3. Solemnitas ordinaria sive forma hujus purgationis est, ut infamatus de crimine præter juramentum tactis Evangelijs, quod crimen non commiserit, & insuper alios honestos sui ordinis & conditionis (v. g. Prælatos Prælatos, Clericos Clericos) si haberi possint, vel in ipsorum defectu etiam alios juxta numerum arbitrio Judicis taxandum adhibeat, qui simul juramentum de credulitate deponant, quod cum habeant notitiam infamati, credant eum innocentem, &

verè jurare, *cap. 5. & 7. h. t.* Quæntem illi compurgatores non debent adhiberi, si constet, eos minus honestos esse, nisi similiter amore erga infamatum ac pietati corruptos, favore tamen rei, & in plus pronior sit ad absolvendum, quam condeinandum, non oportet nimis scrupulositate circa purgatores inquisitionem institui. *statutus, 9. h. t.* Quod si reus in purgatione defecerit, id est, juramentum præterire non potuerit, aut compurgatores, qui gratiam habent, jurare noluerint, censetur a crimine convictus, & penam Ecclesiasticam promeritus. *d. c. 7. h. t. & cap. de heretico Simonia.*

Dico, panas Ecclesiasticas: cum de hujus Civili hæc purgatio incognita videtur, fortassis quoad personas illustres, vel quæ à tortura immines sunt, proculcetur Sophiam de adulterio accusatam, sua libertatem honestarum ac nobilium fremitu juramento se purgasse, ait Barb. *in p. de*

De Jure igitur Civili & in generalibus, ubi de poena vitæ aut membrorum agitur, reus convinci debet per plenas probationes. *l. fin. Cod. de Probat.* vel propria confessione sponte aut in tormentis facta, per ea, quæ scripsimus II. Lib. in de confessionis. Imò etiam Jure Canonico per probationibus, & alias infamibus, qui ad juramentum ob perjuri periculum admittendi non sunt, torturam saltem levioris sine dicitur aut membrorum aliquando propter certitatem criminis inferri posse, reus est in Gloss. in c. 1. de Depositis, & ita qualiter Panorm. intelligunt textum in cap. 1. de plenius tradit idem Panorm. in cap. 1. de contemplatione. 6. extra de R. I.

Erat olim alius quoque modus purgationis Canonice, ut Sacerdos sive Lector fam legendo, & non Sacerdos sive Lector charismam sumendo in hæc verba: *Deo*



*Domini sit mihi in probationem hodie.* innocentiam ostenderent. c. *sepè.* 23. & c. *fin. causà* 2. q. 4. Qualiter etiam ipsi summi Pontifices apud Imperatores olim de criminibus accusati, licet à nemine judicari possent, nec Imperatoris jurisdictionem agnoscerent, ad tollendum tamen scandalum & demonstrandam innocentiam se purgaverunt. Barb. *in d. c. 1. n. 2.*

6. Purgatio *vulgaris* diversis modis olim fiebat, ut nimirum suspectus de crimine debuerit fertum candens, carbones ardentes, aut aquam ferventem tangere, duellum cum accusatore inire, & si ex his illæsus evasisset, pro innocente habebatur; secus pro convicto. Hanc verò purgationem Canones damnarunt, & prohibuerunt, eò quòd per eam Deus tentetur ad faciendum miraculum, vel sæpius certè auxilium dæmonis pro avertenda læsione invocetur. c. *Memam.* 7. *causà.* 2. q. 4. & *toto tit. de Purgatione vulgaris.* Hinc etiam usum quorundam iudicum, qui mulieres de magia suspectas in flumen projiciunt, & mersas pro innocentibus, supernatantes autem pro nocentibus habent; cum Martino Delrio *in discussis.* *mag. lib. 4. c. 4. q. 5.* improbat Zoëf. *h. t. n. 1.*

7. Quamvis autem aliquibus etiam *tortura* videatur species purgationis *vulgaris*, apparet tamen differentia satis manifesta in duobus. I. quòd *tortura* possit sufferri naturaliter sine miraculo, aliter quàm purgatio *vulgaris*, quæ v. g. fit per tactum ignis &c. II. quòd *tortura* adhibeatur non ad probationem criminis, sed ad eliciendam confessionem urgente dolore. Quare tamen si tortus ex *tortura* læsus fuerit, vel dixerit, se *torturam* sustinere non posse, non tamen pro convicto habebitur, nisi in super confessionem criminis non tantum in *tortura* fecerit, sed etiam extra *torturam* & conspectum tormentorum positus in eadem confessione perseveraverit.

ENGEL IN DECRET. LIBER V.

TITULUS XXXVI.  
De Injuriis & damno dato.

SUMMARIUM.

1. Quid sit injuria: & quod non fiat sine animo injuriandi.
2. In dubio animus injuriandi præsumitur: & quomodo animus injuriandi desuisse probetur.
3. Etiam ex virtuali proposito injuriandi nascitur injuria.
4. Injuria alia verbalis, alia realis.
5. Quid sint famosi libelli: & eorum pena.
6. Quomodo committatur realis injuria.
7. Injuriam quis non tantum in semetipso, sed etiam in personis sibi subjectis pati potest.
8. Quando pro injuria subdito illata superiori actio competat.
9. An novitio injuriato actio competat Prelato vel Monasterio?
10. Actio injuria quomodo civiliter, aut criminaliter proponatur.
11. De actione recantatoriâ seu ad palinodiam, consuetudine introductâ.
12. Actio injuriarum tollitur lapsu temporis & dissimulatione.
13. Subjectus potestati alterius invito superiori injuriam remittere non potest: bene tamen superior etiam invito subdito injuriat.
14. Morte injuriantis & injuriati mortis actio injuriarum: exceptâ satisfactione pro injuria reali.
15. Modus tollendi injuriam verbalem usitatus est restitio.
16. In conscientia etsi quis tentatur deponere odium & cupiditatem vindicte contra injuriantem, tamen non tenetur remittere actionem injuriarum.
17. Crudelis est, qui famam negligit.
18. Injuria levis & non scandalosa rectius negligitur, quam vindicatur.
19. Injuriatus tenetur ad reconciliationem & reparationem injuria.
20. Pignorationes, quæ Repressalia dicuntur utroque jure reprobantur.
21. Nec consuetudine inter privatos introduci possunt.
22. Jure belli licita possunt esse repressalia.

DE materia hujus tit. pluribus ajunt Juris civilis Interpretes in *lib. 4. institut. ad tit. de L. Aquil. & tit. de Injuriis.*

RII III

*juris*. ut tamen eorum, quæ magis notatu digna sunt, aut conscientiam tangunt, etiam in Jure Canonico notitia habeatur, posthæc breviter referemus.

## §. I.

## De Injuriis.

Quamvis omne, quod non jure, sive contra iustitiam & æquitatem agitur, injuria dici possit, hoc tamen loco injuriam intelligimus, quæ contumeliosè seu per contemptum (contumelia enim à contemnendo dicta est, princip. Instit. h. t.) alterius corpus, honor, aut fama læditur. Porro injuria quidem sine animo injuriandi non committitur; sed si quis alteri in corpore, aut bonis sine contumelia ex culpa aliqua nocuerit, ad tit. de L. Aquil. & de damno dato pertinet, nec damnicans injuriarum actione vel poenis tenetur; similiter si quis in colloquio verbum aliquod ad alterius injuriam pertinens joco, vel inconsideratè protulerit sine intentione alteri nocendi; aut si furiosus, amens, vel infans doli incapax, tale quid fecerit, cessabit injuriarum actio, quia injuria dolum requirit, §. 11. Instit. h. t. l. 3. §. 1. & 3. ff. eod.

Interim in dubio animus injuriandi ex ipso facto præsumitur adeo, ut neganti sibi fuisse animum injuriandi incumbat probatio. l. si non convitii. §. C. de Injuriis. ubi tamen non requiruntur valdè exactæ probationes, sed etiam conjecturæ ex circumstantiis concurrentibus desumptæ sufficiunt, vel juramentum, per quod probantur ea, quæ in animo mere consistunt teste Harpr. ad princ. Instit. h. t. n. 10. & seq.

Præterea injuria nascitur non tantum ex directo injuriandi proposito, sed etiam ex virtuali, quæ intentio operis vocari solet, quando quis scienter talem actum agit, ex quo suâ naturâ alterius fama læditur,

prout in l. 9. §. ult. litem apud. §. 4. ff. de i. s. cum seqq. ff. h. t. injuriarum actio conceditur adversus eum, qui personam honestam ad impudicitiam allicere nititur. Quamvis enim id non injuria, sed libidinis causa fiat, nihilominus per talem pudicitia violationem sive appellationem, ut vocat juriscons. citatis locis ipso opere injuria fertur personæ honestæ attentata, cuius honor & exultimatio minuitur.

Est autem injuria duplex: verbalis & realis. Verbalis fit per verba contumeliosa alterius honorem lædenta: immo etiam aliquando per objectionem eius, quod a parte rei verum est, injuria committitur, quando id proparari vel scire non oportet reipublica; aut ipsius obiectantis, ut si quis obijciatur, crimen revera committam, jam præscriptione temporis, sententiâ iudicis, aut condonatione Principis ab actione est, si legitimatus vocetur. Spiritus & loco tamen, nisi ipse obijciens hæc dicere, v. g. si contra condemnatum punitum de crimine publico excepit de infamiâ, quò minus possit tellem agere in iudicio, vel si legitimato secum petenti bonitatem opponat defectum naturalium, quòd legitimari non succedat.

Injuria verbalis etiam annuntiativa, quæ scripto fit, & in jure famosus libellus dicitur: quæ injuria, cum in plurimum injuriam deveniat, authore incognito, & commines etiam in dignitate constitutus magis quam aliæ simplices verbales diffamant, verius in Jure caltigatur, ita ut non tantum qui composuit, vel edidit, verum etiam qui ab alio compositum divulgavit, vel inventum non corruptum talem famosum libellum, capitali poenâ plecti jubeatur in l. 1. C. de Fam. sis libellis. Imò non tantum an verum crimen, quòd etiam expeditur publicæ scire, vel falsum in libello famosè obiectum sit juxta Constitutionem post

Item Caroli V. a. 110. idque singulariter in odium & extirpationem famosorum libellorum, quamvis in simplicibus injuriis non scriptis circa veritatem objectam aliter se res habeat, ut mox præmissum, per l. eum qui nocentem. 18. ff. h. t. Prolixius hanc materiam de famosis libellis tractat Harp. ad §. 1. à n. 149. h. t. ubi n. 210. ex diversis textibus *Recessum Imperii* probat, poenam famosorum libellorum hodie plerumque esse arbitrariam, ita tamen ut maxime ob frequentiam hujus delicti in aliquo loco, arg. l. 1. ff. de Abigeis. vel qualitatem injuriæ, (si crimen capitale objectum sit d. *Constitutione Carolinâ*) vel injuriantis & præsertim injuriati poena merito exasperetur. Item Harp. ad §. in summa. n. 14. h. t.

6. *Realis injuria* est, quæ facta aliquo irrogatur, ut si quis alterum pulset, verberet, domum vel habitationem ejus vi introeat, aut quid aliud ad illusionem & contemptum alterius agat l. lex Cornelia. 5. & l. nem apud. 15. §. generaliter. 27. ff. h. t.

7. Patitur autem quis injuriam non tantum directe in semetipso, sed etiam per consequentiam in personis suæ potestati subiectis, prout injuria liberorum ad patrem, uxoris ad maritum, Clerici vel religiosi ad Prælatum pertinet. §. patitur. 2. & ibi DD. *Instit. h. t. l. 1. §. 3. l. 17. §. 10. ff. eodem.* facit etiam c. cum Consideres. 15. in fin. junctâ

8. *Gloss. de Sentent. excom.* Ut tamen pro injuria subdito vel Religioso illata Domino vel Prælato actio competat, debet illa injuria subdito fuisse vel Religioso immediate illata & aliquo modo in contemptum Religionis, vel potestatis dominicæ redundare; unde si, v. g. injuria ad Religiosum tantum indirecte pertineat, veluti si parentes ejus, aut liberi in sæculo relictî offendantur, ex communi sententia non videtur jus agendi competere Monasterio, sicut tradit Laure-

tus de Franchis de *Controversiis inter Episcopos & regulares.* p. 2. var. quest. 9. 56.

De Novitio Religionis est controversia, utrum injuria ei illata, & jus agendi, componendi, vel transgredi desuper ad Monasterium vel Abbatem pertineat? In quâ controversiâ negativam tenet idem de Franchis cit. loco. q. 52. quia Monasterium nondum habet jus in Novitium. Affirmativam tamen censeo probabiliorem, quam sequitur Palqualigo in aadi. ad Lauret. de Franch. cit. q. 52. Licet enim Monasterium non habeat jus irrevocabile in Novitium, quamdiu tamen in Novitium est, censetur subditus & de jurisdictione Abbatis per ea, quæ tradit Tambur. de jure Abbat. tom. 3. disp. 6. q. 28. idque apertius confirmatur ex eo, quod injuria realis, v. g. percussio facta Novitio reputetur cedere in Monasterii, & Religionis contemptum, & propterea percutionis Novitium excommunicationem incurrat. c. religioso. 21. de Sentent. excom. in 6. si ergo injuria Novitij respicit Religionem & Monasterium, merito Prælato Religionis pro ea actio conceditur.

Actio, quæ pro injuria datur, dupliciter intentari potest, civiliter vel criminaliter: civiliter ut injuriatus æstimet injuriam pro certa quantitate pecuniæ, & illam æstimationem (quam tamen ne in immensum fiat, consideratâ personæ & injuriæ qualitate discretio judicis taxabit) petat sibi applicari: Criminaliter verò, ut pecuniaria æstimatione fisco applicetur, vel alia poena pro arbitrio judicis injurianti inferatur, §. in summa. 10. l. sit. h. t.

Alia quoque actio, moribus tamen potius & consuetudine, quam Jure scripto, pro injuria verbali, eaque falsa inventa est, & actio ad palmodiam sive recantatoria dicitur, per quam petitur, ut injurians injuriam verbalem falsam publicè in judicio revocet, & recantet; quæ actio recantatoria, cum sit

mera condictio, seu repetitio honoris ablati, ideo per eam non excluditur alia actio & poena injuriarum, sicut in simili pro furto actio furti ad poenam quadrupli, & conditio furtiva ad restitutionem rei ablatæ competit. §. ult. *Instit. de Furtis*.

12. Cessat autem injuriarum actio I. lapsu temporis: nam pro injuria verbali actio tantum pratoria annalis, pro injuria autem reali (saltem in illis tribus casibus, si pulsatus, verberatus, vel domus alicujus vi introita sit) civilis perpetua, id est 30. annorum conceditur, secundum communem interpretationem sententiam in §. sed lex Cornelia. §. *Instit. hoc tit.*

II. Cessare facit actionem injuriarum remissio injuria non tantum expressa, sed etiam tacita, quæ fit per dissolutionem, si nimirum injuriatus vel ab initio statim injuriam ad animum non revocaverit, vel postea cum adversario sine necessitate loquatur, comedat, aliaque signa familiaritatis eidem exhibeat. §. ult. *Instit. h. t. l. non solum. 11.*

13 §. 1. ff. eodem. Ubi tamen advertendum est, quod illi, qui in aliena sunt potestate, ut filii, Religiosi &c. injuriam sibi illatam invitis illis, in quorum sunt potestate, & quibus actio injuriarum concessa est, remittere non valeant, contra verò Pater vel Prælati injuriam filio vel Religioso illatam etiam eo reclamante condonare non prohibeatur, l. sed si unus. 17. §. plane. 12. ff. h. t.

14. III. Etiam expirat injuriarum actio morte injuriantis vel injuriati ante litem contestatam: cum enim actio ex delicto & poenalis sit, regulariter nec hæredi nec contra hæredes datur. Textus & DD. in l. injuriarum. 13. ff. h. t. l. un. Cod. Ex delictis defunctorum. &c. Sed hoc si injuriatus poenam prosequi vellet: si verò per realem injuriam in corpore vel bonis damnum accepit, rectè eo nomine civiliter ad compensa-

tionem damni hæredem pro vitio hereditatis convenire poterit. c. ult. de hereditur. &c. in literis. §. de Reparatione.

IV. Demum tollitur injuria retentio, quando injuria verbalis honoris tantum, sã per modum defensionis naturalis consideraminis inculpatae tutelæ in ipsam injuriantem in continenti retorquetur, vel ab injuriato mendacii arguitur. Cui non obstat, quod defensionis jus tantum deest versus futuram vel præsentem injuriam, non autem adversus præteritam, quæ per judicem non privatim liceat defendi: non licet post moram longiorem retorquere eum, qui prius percussit &c. Non respondendi potest, hæc quidem oratione habere in injuria reali; injuria verò verborum & in sensu physico jam expressa & præterierit, in sensu tamen moralis, quoad apprehensionem hominum, actionem ortam contra injuriantem, deest semper præsentem censeri, donec per actionem vel judicium acceptum deponatur. De qua retorsione multa docet Cyprianus Harp. in §. hæc actio. 12. n. sum. §. 1. ff. h. t.

Ad forum conscientie quod dicitur in primis ex parte injuriati sciendum est, quod is quidem teneatur deponere odium, & indictæ cupiditatem illicitam contra injuriantem secundum Christi præceptum. Matthei 5. non tamen teneatur remittere actionem injuriarum vel alia media justa ad recuperandum vel tuendum honorem concedere, si ex læsa bona fama alicujus non loquatur, sed famato multa damna imminere, sed etiam aliis hominibus contemnerentur, scandalum malam (quam de aliquo suspicantur) imitandi occasio datur. Unde Augustinus c. nolo. 10. causa. 12. §. Dicitur in primis.

quit conscientia & fama: conscientia necessaria est tibi fama proximo tuo: qui confidens conscientie sue negligit famam suam, crudelis est, &c. Eadem habet in 6. non sunt audiendi. 56. causa 11. q. 3.

Interim si injuria levis sit & talis, quam ex notoria probitate injuriati homines verisimiliter non sunt credituri, vel cujus suspicio per probam vitam facile imposturum aboleri possit, non tantum sanctius facit injuriatus, si exemplo Christi patienter toleret, & dicat cum Aug. in cap. senti. 51. d. causa. 11. q. 3. Senti de Augustino, quid liber. sola me conscientia in oculis Dei non accuset, sed etiam plerumque prudentius juxta illud Taciti: convitia contempta exolefunt, si in avaris agnita videntur.

Ex parte injuriantis in foro conscientie obligatio nascitur, ut se cum injuriato omni meliori modo reconciliet, secundum sententiam Christi Matth. 5. Si frater tuus habet aliquid adversum te, vade reconciliare fratri tui, eidem honorem ablatum restituat, injuriam revocet, apud alios iterum, quantum potest, commendat, ac compenset damnum, si quod exinde injuriatus perpeffus est. Imò si etiam crimen alterius verum, quod tamen erat occultum, nec id scire interfuerit aliorum, vel republice, per injuriam prodicium sit, & exinde alterius fama diminuta, adhuc tenebitur injurians conceptam apud homines criminis opinionem, quantum sine mendacio potest, abolere, v. g. dicendo se male dixisse, injuriam intulisse, (nam qui erimen occultum etiam verum injuste prodidit, male dixit & injuriam intulit) simulque in aliis, quantum licuerit, commendando. Cessat verò hæc obligatio, si injuriatus injuriam condonarit, si ipse quoque prius injuriantem alia injuria affecerit, & famam restituere nolit, si injuria apud homines non reprehensa, vel obli-

vioni tradita, aut fama aliis modis recuperata sit, ut infamati purgatione, vitæ probitate, prudentum virorum testimonio, quæ de re videri poterit Paulus Laym. in Theolog. moral. lib. 3. tract. 3. p. 2. c. 7. & alii apud eum cit.

Injuriis inc. 1. h. t. in 6. & in Nov. 52. 20 c. 1. anumerantur illæ pignorationes, quibus una persona, vel res ejus pro delicto, aut debito alterius capitur, quæ vulgariter *Repressalia* (quali rei reprehensiones) vel græcè *antrolepsie*, id est *pignorationes hominum* vocantur. Etenim cum naturali æquitate contrarium sit, ut alter alterius odio prægravetur. c. non debet. 22. de R. I. in 6. alius sit debitor, & alius non obligatus, pro eo debito exigatur; alius deliquerit & alius capiat: cum tamen pœnæ tantum auctores scelerum tenere debeant l. sanctimus. 22. C. de Pœnis. Ideò Imperator in d. Novel. ferid mandavit iudicibus tales pignorationes punire, & ut in civili causa faciens pignorationem reddat quadruplum, & insuper causam amittat. In d. autem c. 1. h. t. in 6. specialiter circa personas Ecclesiasticas constituit Pontifex, ut qui illis *Repressalias* inferre præsumperint, nisi eadem intra mensem relaxarint, sententiam excommunicationis incurrant, vel si civitas, aut Universitas id fecerit, ecclesiastico subiaceat interdicto.

Verum cum adhuc hodie in diversis locis frequens sit repressaliarum usus, & si v. g. quidam Salisburgensis alibi debitum contraxerit, aut deliquerit, nec in eo loco amplius compareat, ut alii conterranei vel concives Salisburgenses ibidem reperti, ipsi, vel res eorum arrestentur, donec principalis debitor, vel ejus nomine arrestati satisfaciant: idèd controversant DD. an saltem consuetudine tales *Repressalie* approbatæ censentur. 14. Ut *Repressalie* privatis hominibus 21

REX III 3

indif-

indifferenter permittantur, consuetudine  
introducitur non posse: nam cum *Repressalia*  
*in d. c. juri naturali contrariae* declarentur,  
consuetudine, quae contra jus naturale nihil  
operatur, licitae effici non possunt. §. *sed na-*  
*turalia. 11. ubi DD. Insti. de Jure natur.*  
*gen. & civ.* unde etiam talis consuetudo *in*  
*d. c. 1. b. 1. in 6.* non consuetudo, sed abu-  
sus nominatur.

22. Ceterum verò jure belli quandoque *Re-*  
*pressalia* recte fiunt, si scilicet superior, qui  
jus bellandi habet, eas concedat, & subsit  
iusta causa. Iusta autem causa asseritur per  
Aug. *inc. 2. causâ. 23. q. 2.* si gens vel ci-  
vitas, quae bello petenda est, vindicare ne-  
glexerit, quod à ius improbè factum est;  
vel reddere, quod per injurias ablatum est.  
Ita ex dictis per Sylvest. *in verbo, Repressa-*  
*lia*, etiam colligit & concludit Covar. *in c.*  
*peccatum. de R. J. in 6. p. 2. §. 9. n. 4.*

§. II.

De Damno dato.

SUMMARIUM.

- 23. Damnum hic accipitur, quod a*ctio*ne l. Aquil.  
reparatur.
- 24. Differentia inter actionem de damno lucroso fur-  
ti &c. & damni dati ex l. Aquilia.
- 25. Actio legis Aquiliae regulariter est in simplum,  
& quanti interest damnificantis.
- 26. Excipiuntur arbores furum case, ob quas datur  
actio in duplum.
- 27. Si damnum vi datum sit, civilis actio in quadru-  
plum & praeterea criminalis ad poenam pu-  
blicam datur.
- 28. Tempore incendij ruinae, naufragij damnum do-  
lo datum in quadruplum actionem habet.
- 29. Contra efficientes vel effundentes in plateam publi-  
cam datur etiam actio de damno in duplum.
- 30. Actio legis Aquiliae quomodo poenalis sit.
- 31. Ex eo, quod poenalis sit, non datur contra heredes  
defuncti Jure Civili: secus de Jure Canonico.
- 32. Actio legis Aquiliae datur etiam ex culpa levissi-  
ma: sed sine culpa non datur.
- 33. Demoliri vicini edes incensus, ardens inconditi  
causa species necessariae defensionis est.
- 34. Quis remedi alicui impetari, si alterius animal  
damnum dedit.

- 35. Dominus tradendo animal domesticum non  
liberatur: secus si animal ferum fuerit.
- 36. Pro defectu vel offensa ex domo ipsius  
habitator illius domus tenetur, et si ipse  
fecerit.
- 37. Item exercitor navis, caupose, stabuli tenetur  
damno à suis dato.
- 38. Is qui damnum ab alio datum ratum habet  
propterea tenetur, & quare.
- 39. Regula Juris de ratihabitione et praesum-  
ptio delicti.
- 40. Ex consilio regulariter non tenetur.
- 41. Quibus casibus consilium non tenetur de  
securo.
- 42. De damno tenetur, qui non impedit, si  
sistia tenebatur imperari.
- 43. Si plures ad damnum concurrere possint  
iis restitutio fit facienda.
- 44. Eos, qui solvendo non sunt, impia committit.
- 45. Vbi nulla est propria culpa vel contractus  
obligatio in conscientia ad restitutionem  
nummum ante sententiam perit.
- 46. Si culpa etiam levissima intervenit, poenalis  
est damnificanti tenetur etiam si contractus  
heredes non transmittit, nisi non sit  
conscientia.
- 47. Lex Aquilia, quae poenalis, per se non  
operatur.
- 48. Quid si culpa sit omnino sine conscientia  
pa tantum Juridica in 50.
- 49. Vbi contractus intervenit etiam sine culpa  
logica, videtur obligatio restitutiva.
- 50. Si contractus interveniente dolo damnum  
aliter ex culpa quae tenetur, quam poenalis  
naturam contractus.

**N**omine *damni* hoc loco non intelligi-  
mus illud, quod lucri causa alicui datur  
tur, de quo *Tit. de Turris, de Rapina*  
& *de Usuris* agitur: sed illud, ex quo  
nificatus in corpore aut rebus suis detrimen-  
tum patitur sine commodo, vel lucro  
nificantis, ut si quis alterius aedes inco-  
sterius *damnum* in jure civili actionem  
*Aquila* recipere videtur. Propterea  
tinent ea, quae tum per ipsas leges, tum  
larum interpretes longius traduntur  
4. *Insti. item in ff. & Cod. de l. 1.*

ENGEL

III

Sunt porro inter actionem, quæ persequimur damnum *lucrosum* v. g. furtum aut rapinam, & actionem legis Aquiliæ pro damno *non lucroso* quoad effectum notabilis differentia. *In primis* enim condemnatus de furto, rapina vel usuris perdit honorem, & efficitur infamis, nec potest esse testis in testamento vel iudicio, nec advocatus, nec aliquam dignitatem vel ordinem ecclesiasticum assequi, ut alibi propriis locis dictum; at verò de damno non lucroso condemnatus honorem retinet, quia hic abest illa facti turpitudine, qua ex aliena jactura mediis illicitis proprium augmentum quaritur. Deinde conventus de furto aut rapina tenetur pro diversitate casus, an fur occultus vel manifestus fuerit in duplum, vel quadruplum secundum ea, quæ traduntur *in §. 5. Instit. de Obligat. que ex delicto. & princip. Instit. de Vi bonor. rapt.* sed in actione legis Aquiliæ regulariter tantum simplex æstimatio damni, & quanti interest damnificantis *damnum datum non fuisse*, restituitur. *princip. Instit. & §. 10. h. t. de L. Aquil.*

Excipiuntur tamen tres casus, qui graviore poenâ coercentur: ut I. si quis alterius arbores clam exciderit, in duplum ejus, quanti arbor virens prudentum hominum iudicio valuit, condemnatur, deductâ tamen ligni apud dominum manentis æstimatione. Cum enim arbores tardius succrescant, & præsertim frugifera multis usibus deserviant, earum destructio gravius puniendâ legibus visa fuit. *l. furtim. 7. §. ult. cum l. seq. ff. Arborum furtim casarum.* Dicitur autem *furtim cadere*, qui clam cædit, et si non faciat furti causâ. Quod si furti causâ fecerit, etiam actione & poenâ furti tenebitur. *d. l. 7. §. 1. & l. 8. §. 1. & 2. eodem tit.*

II. Augetur poena actione *modi*, quo damnus datum est: nam qui per vim & coactis hominibus dolo sive ex proposito damnus aliquod intulerit, civiliter conveni-

tur in quadruplum. *l. 2. & ibi Gothofred. in V. iudicium. ff. de Vi bonor. rapt.* criminaliter verò aliquando publicatione bonorum & deportatione, banno, vel relegatione punitur, sicut non tantum habetur *in ff. & Cod. Ad L. Jul. de vi publica. & de vi privata.* sed etiam in *Constitutionibus Imperii*, quas refert, & speciali tractatu illustrat Andreas Gaillius *de Pace publica.* III. Etiam aliquando ratione temporis poena exasperatur, ita si quis tempore calamitosis, videlicet incendii, tumultus, ruinæ, aut naufragii dolo malo, sive ex proposito damnus alius dederit, in quadruplum intra annum condemnatur. *l. 1. in princ. & l. 3. non solum. ff. de Incendio, ruina &c.*

Potest etiam *quarta* exceptio addi circa ejicientes, vel effundentes in plateam publicam, qui ob damnus inde secutum in duplum conveniuntur, ut dicemus mox inferius. Interim licet regulariter, ut dictum, actio legis Aquiliæ tantum in simplum detur, habet tamen aliqualem nihilominus saltem poenam adjectam, quod æstimatio damni non fiat præcisè secundum id tempus, quo datum est, sed quanti plurimi res perditæ valuit retrò intra annum, vel 30. dies proximos; intra annum quidem, si ex *primo capite legis Aquiliæ* agatur, nimirum pro occisione servi, aut animalis, pecudum gregatim pacis solitarum nomine contenti; intra 30. dies verò, si agatur ex *tertio capite* pro vulnere servi, vel occisione animalis pecudum numero non contenti, vel pro combustione, corruptione, aut fractione rei inanimatæ. *§. his autem 9. & §. 13. & 14. Instit. de L. Aquil.*

Quia igitur hoc respectu actio legis Aquiliæ *penalis* est, per eam hæres damnificatis iure Civili conveniri non potest: hæc enim iure actiones poenales in hæres non transeunt, nisi cum defuncto fuerit

contestata, aut hæres ex damno per defunctum dato locupletior effectus tit. d. §. his autem. junctâ. l. un. Cod. ex delictis defunctorum. Verum ut jam sæpius in præcedentibus monui, hac in parte potius æquitati naturali, & Juri Canonico insiltendum est, quod in c. ult. de Sepultur. & in c. lites. s. de Raptor. constituit, ut ad exonerandam conscientiam defuncti hæres ejus compelli debeant, ut pro viribus hæreditatis solvant damna, quæ defuncto in vita sua alijs intulit.

Præterquam enim, quod non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum. c. peccatum. 4. de R. I. in 6. lanè iniquum est, ut hæres omnia defuncti bona possideat, & damnificatus, cui defunctus jure naturæ ad compensationem damni illati tenebatur, nullam inde debitam satisfactionem sperare possit.

32 Porro ad restitutionem damni ex *Lege Aquilæ* non tantum is tenetur, qui dolo malo damnum dedit, sed etiam qui ex culpâ levi vel levissimâ, v. g. qui per incuriam negligit candelam extinguere, & domum incendit, qui inconsideratè in plateam dejiciendo transeunti nocuit &c. l. in lege. 14. ff. Ad leg. Aquil. non autem tenetur ille, qui quidem damnum intulit, sed vel in nullâ culpâ fuit, vel prius omnem diligentiam in præcavendo damno adhibuit, ut si ex arbore vel tecto ligna dejiciens proclamaverit, & transeuntes monuerit, si in loco, ubi alias consuetum est jaculorum & sclopetorum exercitium, eo loco incautè ambulantem, quem non prævidit, vulneravit. §. 4. & 5. I. ff. de Lege Aquil. cap. ult. h. 1. Illi quoque à restitutione damni dati immunes sunt, in quos culpa ob defectum rationis cadere non potest, ut sunt furiosi, & infantes. l. sed res. §. 2. ff. Ad leg. Aquil. Item quod in bello iusto vel necessariæ defensionis causâ adversario damnum inferitur; compen-

sandum est, dummodo termini iusta defensionis & moderamini multiplicata non excedantur; quia tale damnum non est iniuria, sed jure datum est, cum non repellere omnia sunt a permittitur, magis Juriscons. in l. scientiam. 45. ff. qui aliter. ff. jam d. tit.

Ad hanc necessariam defensionem tenetur, si quis incendii accendi causâ, ne vel ignis perveniat, vicini aedes incendiantur & destruat. l. si quis. 49. ff. Ad leg. Aquil. Volunt tamen aliqui cum hæres l. i. ff. ad leg. Rhod. de jactu. si incensum aliquorum aedes diruantur, ne ipsæ aedes evagari possit, hoc casu acquilam esse, ut tota vicinitas, quæ per destructionem humani ædium ab incendio præservari et ad refusionem damni concurrat, sicut in simili lege Rhodiâ constitutum est, ut in periculo naufragii levandæ navis causâ profundam res aut merces in mare ejiciantur omnium navigantium contribuat, quod pro salute omnium est: argumentum autem à similitudine, quod subest eadem æquitatis ratio in hoc casu valere, probat textus in l. cum sunt. 12. cum l. seg. ff. de Legibus.

Præterea si alicujus animalia alteri damnum dederint, eorum dominus ob præcautam custodiam tenetur; liberari non potest, si noxam, hoc est, ipsum animal quod nocuit, tradiderit, etiam si damnum amplius aestimetur. c. ult. h. 1. & præcauta. I. ff. Si quadrupes pauper. ff. de jactu. non autem licet aliena animalia in se vel segete deprehensa interficere, nec in re, vel aliud eis damnum inferre, cum versus dominum eorum ordinata actio per damno dato competat. Abigi præcautam sine damno, vel dominus admodum ut recipiat. l. quintus. 39. & l. quadrupes. Ad leg. Aquil.



Si tamen inclusio non fieret animo celandi, seu subtrahendi, sed ut deveniatur in cognitionem domini, quia animalia fortassis ignota sunt: vel si consuetudo permittat talem inclusionem quasi pro pignore, usque dum dominus satisfaciatur, tolerari potest. *Molin. de Jure & Just. tract. 2. disp. 97. n. 23.*

35 Caterum quod diximus, dominum tradendo animal noxium pro damno dato liberari, non est intelligendum etiam de animalibus sua natura ferocibus, ex quorum traditione raro damnificatus utilitatem vel satisfactionem consequeretur. Quare si quis canem, lupum, ursum, leonem, aliudve simile animal etiam ligatum habuerit in loco, per quem vulgo transitur, & inde homini in corpore damnum evenerit, dominus animalis arbitrio iudicis ob solam vulnerationem, & ob mortem ipsam in ducentos solidos, sive aureos condemnabitur, si in aliis rebus, ut laceratione vestis, vel fractione ejus, quod portatur, damnum contigerit, in duplum condemnatio fiet. *§. ult. Instit. Si quadrupes pauperiem l. hi enim. 40. §. 1. cum ll. seqq. ff. de Edictio edicto.*

36 Singulariter & publicae utilitatis causa constitutum est, ut libidine aliquis ad damnum per alium datum restituendum teneatur, ita si ex domo in plateam, per quam vulgo transitur, aliquid ejectum vel effusum sit, quod transeunti nocuerit, qui domum vel cubiculum, unde dejectum est, principaliter inhabitat, ad duplum convenitur, licet non ipse, sed alius effuderit, vel dejecerit. Idque propterea statutum est, ut secuta habeatur in publicis plateis ambulatio, & ut damnificatus facilius sui damni compensationem consequatur, cum alias multoties impossibile foret ipsum deficientem in particulari per legitimas probationes demonstrare. Ipse tamen habitator ab eo, pro quo solvit, repetere

ENGELIN DECRET. LIB. V.

potest, *l. 1. §. 1. tot. tit. ff. de his, qui effuderunt, vel dejecerunt.* Similiter etiam exercitor navis, caupona aut stabuli tenetur de damno, quod per suos famulos viatoribus datum est, prout habetur, & pluribus traditur in *lib. 4. Institut. in tit. de Obligat. quae ex quasi delicto, §. 1. ff. Nauta, caupones, stabularij &c.* Quod si quis mandaverit alteri damnum dari, nulla dubitatio est, quin mandans teneatur: quod enim quis per alium facit, perinde est, ac si ipse fecisset. *cap. qui facit. 72. de R. J. in 6.*

38 Quid verò dicendum de eo, qui non mandavit, sed damnum ab alio in sui gratiam datum ex post facto ratum habuit. *§. 1. Illud solum teneri, qui dedit, non qui ratum, & complacentiam ejus habuit: quia rati habitio subsequens non est causa delicti, quod supponimus, jam prius perfectum esse, ut recte docet Mol. de Just. & Jure tract. 2. disp. 720. num. 3.* Nec obstat illa juris regula, quod *rati habitio* retrotrahatur, & mandato aequiparetur. *c. rati habitio. 10. de R. J. in 6.* nam intelligitur tantum in contractibus, & aliis causis nondum perfectis, & quae ad sui perfectionem, alicujus consensum, & ad rati habitioem desiderant. Item non obstat. *c. cum quis, 23. de Sent. excom. in 6.* ubi percussio Clerici suo nomine factam ex post facto ratum habens, incurrit excommunicationem: rati habitio enim percussio Clerico illata, cum sit peccatum tendens in contemptum ordinis Clericalis, recte quidem puniri potest per censuram excommunicationis, non tamen statim sequitur, quod rati habitio damnum ab alio datum etiam ad restitutionem teneatur: quia ad obligationem restitutionis non sufficit, quod aliquis quocumque modo peccarit, & puniri possit: sed quod causa damni dati extiterit.

De consulente etiam est quaestio, an ad restitutionem teneatur, si ex suo consilio, hortatu

tatu & persuasione aliàs damnus passus sit, vel fecerit? R. Regulariter quidem ex consilio neminem obligari, cum alteri liberum sit consilio uti, vel non. *c. nullus. 62. de R. J. in 6. §. tua tantum. 6. Instit. de Mandato. Mol. de tract. 2. disp. 698. n. 8.*

41 Excipiuntur tamen ab hac regula duo casus, si consilium sit fraudulentum sive malitiosum, & detur aliàs non facturo. v. g. si suadeam injuriato, ut se vindicet, & injuriantem vulneret: si alicui suadeam, ut mutuet debitori, quem scio non esse idoneum ad solvendum, eo sine, ut hanc pecuniam mutuatam ego acquiram, quia ille debitor jam prius ex alià causà tantundem mihi debet, *d. cap. nullus. junctà l. & Gloss. quod si cum scires. 8. ff. de Dolo.* Il. si pernitiosum consilium det is, qui attentà personæ aut muneris qualitate peritiam, artem, vel scientiam proficitur in re, circa quam dat consilium: ut si Consiliarius Principis in damnum aliorum consulat, si Medicus malè curet, vel Advocatus male patrocinetur &c. Quo casu non tantum obligatio est ex dolo consentientis, sed etiam ex culpa & imperitia: quia imperitia culpæ annumeratur in his, qui artem aliquam proficentur. *l. quæ actione. 7. §. ult. cum l. seq. ff. Ad leg. Aquil.* Excusari tamen possunt, si verè probabili sententià aliorum DD. ducti consilium dederint, ex quo pernitiosus effectus contra intentionem securus est.

42 Illi quoque inter obligatos ad restitutionem numerantur, qui damnum datum, cum potuissent, non impediverunt: quod tamen DD. intelligunt, si quis ex justitià scilicet ratione pacti vel officij aut Magistratus obligatus fuerit ad damnum alterius impediendum; si verò ex charitate tantum, sicut quilibet Christianus debet alterum juvare, dum potest, juxta illud Christi: *quod vultis, ut faciant vobis homines, hoc faciat is ipsis &c.* tenebatur impedire, & omiserit, non

tenebitur ad restitutionem: peccatè tamen & aliquando etiam puniri poterit, prout si alia indicia occulta societatis & conspirationis cum damnificante concurrant in *c. sicut dignum. 6. §. illi etiam. de homicidio. Mol. de tract. 2. disp. 719. n. 2.* Est porro hoc loco notandum, si plures sint & semel circa idem damnum committuntur, tunc si omnes fuerint æque principales in ferendo damno, singuli teneantur ad idem, solutione tamen unus reliquos liberatur. *l. si plures. 17. ff. de Dolo.* Si tamen plures aliqui fuerint causa primarie damni, ut executores & mandatores, quædam alii executoribus principales sunt, alij tertiariae ut consules, non obtinent, imptantes & similes: illi primo loco ad restitutionem obligantur; illi vero in subsidium defectum, si priores solvendo non sint, quæ si unus ex pluribus in solidum & pro parte conveniatur solus, ac solvat, regulariter contra reliquos prorata habeat in totum, & etiam externo, si ante solutionem tamen sibi à damnificato actiones contra alios, ne in pari causa ipse sit deterioris conditionis, quam alij, quibus æque vel major numerum imputandum fuit.

Quod si denique omnes damnificati solvendo non sint (sicut plerumque inter hostes in bello injusto contingit) usque dum mediato vendente aut alio tunc tenetur aliquis ex causa restitutionis ipsam necessarius alimentis private, in foro conscientie, cum ordinato peccatum spectetur proprii individui contentio, & in necessitate famis licet etiam subtrahere. Longius hæc deducatur, *Mol. cit. loc. disp. 729. & alij* item apud Paul. Lay. in Theol. tract. 2. c. 5. & 6.

Demum non est omitienda vulgata

Atio an sicut in Jure civili damnatum ex quasi delicto, vel quacunque culpa etiam levissima resciri debeat, ita etiam in judicio animæ & conscientia. *¶* &

*¶* Dico I. si leges civiles jubeant damnum restitui sine vera & propria culpa, sicut tenetur habitator loco dejectis vel effundentis; nauta, caupo vel stabularius pro delicto famuli, dominus pro damno animalis; tales leges ex generali doctrinâ non obligant in conscientia ante sententiam Judicis: quia cum non fundentur in contractu vel delicto proprio, censentur quasi pœnales ad eum finem lata, ut homines in domibus suis tantò accuratiores ad damna aliorum impedienda reddantur: quum etiam inde arguitur, quòd ista actiones ad instar aliarum pœnalium contra heredem non dentur. *L. si vero. §. §. hac autem actio. ff. De his, qui dejec. vel effuderint. l. si plurimum. §. §. r. in fine. ff. de Noxal. actionib.* si tamen nauta, caupo vel stabularius pacto promississet, se omne damnatum quovis modo viatoris rebus inferendum compensaturum, tunc ex pacto etiam in conscientia obligatio nasceretur.

*¶* Dico II. si damnatum culpâ propriâ etiam levissimâ datum sit, probabilibus in conscientia ad restitutionem tenebitur damnificans ex illo generali principio, quod lex justa & obligans in foro externo, si merè pœnalis, aut in falsa præsumptione non sit fundata, etiam in foro interno justa & obligans censetur. Quòd autem lex civilis concedens actionem ex culpâ levissimâ justa sit in foro externo, inde apparet, quòd cum alteruter debeat damnatum pati, vel damnificans vel damnificatus, utriusque justus sit, ut damnum ferat damnificans, qui in culpa fuit, quam damnificatus, qui sine culpa.

*¶* Idque confirmatur, quòd eadem Leges Civiles etiam Jure Canonico approbentur in *c. ult. b. t.* Canones autem non tantum

forum externum, sed etiam animarum periculum considerant, *c. 2. de Constitut. in 6.* Nec verum est, quod quidam contendunt, Legem Aquilianam quoad præstationem culpæ levissimæ merè pœnalem esse, consequenter in conscientia non obligare, eò quòd contra heredes actio ex ea competens non datur. *L. inde Neratius. 23. §. hanc actionem. ff. Ad leg. Aquil.* Etenim quamvis hoc argumento Lex judicetur pœnalis & ex delicto; non tamen statim inferri potest, esse merè pœnalem: Et si omnis actio à conscientia foro excluditur, quæ contra heredes non transit, nimis probatur etiam contra ipsos adversarios, quòd nimirum damnatum dolo datum vel ex lata culpa in conscientia non obliget: quia Jure Civili nulla talis actio, quæ ex delicto competit, contra heredem transit, nisi inde locupletior factus, aut his cum defuncto contestata fuerit. *L. un. Cod. ex delictis defunctorum.* Igitur alio modo distinguendum est, quòd scilicet Lex Aquiliana tantum pro parte sit pœnalis, in quantum excedit estimationem simpli, & datur retrò, *quanti plurimum*, ut superius circa initium hujus §. dictum & hoc respectu nulla est ante Judicis sententiam in conscientia obligatio illum excessum restituendi. At verò in quantum Lex Aquilia jubet simplicem estimationem damni præstari, pœnalis non est, sed æquitati naturali conformis, & saltem Jure Canonico inspecto contra heredes damnificantis competit. sæpè cit. *c. ult. de Sepulturis. c. in literis. §. de Raptorib.*

Interim si culpa ad eò levissima & exigua foret, ut in morali estimatione hominum damnatum inde secutum majori ex parte casui quam culpæ adscriberetur, valde videtur probabile, damnificanti non esse integram damni restitutionem injungendam, sed partis tantum juxta proportionem culpæ & prudentis viri arbitrium, atque etiam in

foro externo saltem de aequitate tali casu transactionem inter partes à iudice procurandam esse, per ea, quæ tradit Laym. l. 3. tract. 3. p. 1. c. 6. n. 4.

50 Quid autem, si absque peccato mortali, vel veniali, adeoque sine culpa Theologica, sed ex culpa Juridicæ tantum æstimata, siue facto suo scienter, bonâ tamen fide, aut sine deliberatione vel provisione mali patrati, quis alteri damnum dederit, v. g. rem alterius, quam existimavit suam destruendo, vel corrumpendo, ex incauto & indeliberato impetu aliquid per fenestras eiciens &c. Non oriri tali casu obligationem restituendi in conscientia ante sententiam iudicis existimant multi graves DD. relati à Paulo Laym. cit. cap. 6. num. 2. Quæ sententia saltem ob autoritatem DD. ab extrinsecò probabilis est: ab intrinsecò autem videtur pati difficultatem non modicam: quia Lex Civilis his casibus concedens actionem contra damniificantem in factum, quo alteri saltem materialiter injustè damnum intulit, vix est credibile, quòd merè poenalis vel in falsa præsumptione fundata sit, quin potius censeatur debeat iusta & æqua, cum factum cuique suum non alteri nocere debeat, & alteri per alterum iniqua conditio inferenda non sit. *L. non debet. 74. cum similibus ff. de R. J.* Addunt tamen plerique ex cit. DD. illam suæ sententiæ limitationem, ut si v. g. ex commodato, locato vel alio contractu, vel pacto teneatur mihi aliquis ad conservationem rerum mearum, & damnum accidat culpâ juridicè tantum æstimata, quæ ex natura illius contractus præstanda est, licet non concurrat peccatum seu culpa Theologica, nihilominus ob promissionem implicitam, quæ fit ex natura contractus, teneatur mihi etiam in conscientia ante sententiam iudicis illud damnum refarcire. Itaque

*Dico III.* Si natura alicujus contractus sit

ut in eo tantum lata culpa, ut in deposito vel levis tantum, ut in locato præstanda re occasione contractus, vel tunc in concessi (aliud si extra contractum vel deinde de concessum levissima culpa damnum contingat, non teneri damni restitutionem quis rem apud se depositam certa die ad alium locum domus suæ esse ad eundem, sed non cautissime portari, & que fregerit culpâ suâ levissimam. Quando enim vi contractus sine obligatur, vel tractatur res aliena, non solum foret, aliquem ad majorem obligationem obligare, quam ipsa natura contractus obligat. Unde quod in *l. quæ actio ff. Ad leg. Aquil.* dicitur, aliquando propter unum idemque damnum tractum locato, vel ex lege Aquilia agi posse, recipiatur, ut ex *leg. Aquil. actio quædam commodatur, sed secundum naturam contractus locationis ad levem tantum, pro levissimam culpam præstantem, propterea supervacua est *leg. Aquil. actio, quòd ex locato agi possit, cum lege Aquilia propter poenam quam actor plus consequatur, quam ex locato. lin. d. tract. 2. diff. 607. sub. nota.**

## TITULUS XXXVII

### De Poenis.

#### SUMMARIA.

1. Poena conventionalis qualiter apponatur debet.
2. Poena delictorum aliquando à Jure sunt determinate, aliquando arbitrariae.
3. Quando sunt determinate, sunt casibus præfinitis remittit vel restituitur pro poena.
4. Propter varias causas & circumstantias poena quando augetur, aliquando minoratur.
5. Antiquorum Canonum poena, quæ sunt in aliquibus & hodie sunt in

6. Censuræ non est facile utendum à Jure Ecclesiastico.
7. Variæ pœnæ præter Censuras Jure Canonico usitate.
8. Pœna carceris quomodo usurpanda, & de pœna Canonica destructionis in Monasterium.
9. Ad pœnam etiam ipsa Jure illatam ante sententiam Judicis, saltem declaratoriam, exequendam nemo tenetur, nisi hoc ipsum specialiter in Jure expressum sit.
10. Pœnam ex liby extra diocesis tantum Episcopus; Archiepiscopus vero extra totam provinciam potest imponere.
11. Depositus verbalis quid sit & quomodo fiat.
12. Quid sit & quomodo fiat degradatio.
13. Degradatio actualis est actus ordinis Episcopalis.
14. Degradatum Ecclesiasticum Judex tradit curiæ seculari, effraciter tamen pro ipso intercedendo; & quomodo hoc intelligatur?
15. An Judex secularis circa degradatum novum processum formare possit.
16. Etiam in casibus à Jure non expressis ex gravissimo delicto veniri potest ad degradationem.
17. Degradatus non semper debet tradi curiæ seculari sed potest etiam ad perpetuos carceres damnari.
18. In legibus penalibus in dubio mitior interpretatio faciendâ.
19. Circa malefactoris puniendos nec nimis clemens, nec nimis servus esse iudex.

Præter ea, quæ hæcenus de diversis pœnis criminum dicta sunt, adhuc in præsentibus tit. aliqua breviter adnotabimus.

**Notandum** I. pœnam aliam esse ex contractu, aliam ex delicto. Pœna ex contractu dicitur pœna conventionalis & consensu partium apponitur, ut nimirum certam quantitatem pecunie solvatis, qui contractum, transactionem vel compromissionem non servaverit. Est autem utile talem pœnam apponere contractibus, ut tandem firmiter contractus observentur, & ne contra partem à contractu resilientem sit necessarium interesse probare *l. stipulatio ista. 30. §. aliter. 17. ff. de Verb. oblig.* Quod si utraque pars contractui contraverit, neutra pœnam petet, sicut & alia paria de-

dicta mutuâ compensatione tolluntur. *c. constitutus. 7. h. t.* si verò una pars non servarit contractum quoad aliqua tantum, ut si sub pœna tenebatur certo die tantum v. g. solvere, & tantum solverit 50. non tenebitur ad integram pœnam, sed tantum pro rata, dummodo materia sit dividua, ut quia in dando consistit, vel pactum habeat plures articulos, in quorum uno contraventum sit. *c. suam. 9. & ibid.* Gloss. notabilis in verb. *persolutis. h. t.* Plura specialia circa pœnam, quæ compromissio seu arbitramento adijcitur, dicta sunt in *Tit. de Arbitris.*

**Notandum** II. quòd pœnæ delictorum aliquando sint in jure expressæ & determinatæ; aliquando verò, cum lex ipsa quidem actum prohibet, sed pœnam non statuit, vel certè non absolute determinat, sint *arbitrarie* juxta arbitrium & prudentiam Judicis intelligendæ, quæ nonnunquam etiam ad majores & capitales pœnas extendi possunt, si ita qualitas delicti & particulares circumstantiæ pollulent. *l. hodie. 13. ff. h. t. l. sacrilegij. 6. ff. ad Leg. Juliam peculatus. Menoch. de Arbitrar. jud. cent. 1. casu 86.*

**Notandum** III. Si pœna sit à jure determinata, regulariter & sine causa eam à Judice remitti, vel commutari non posse, *nam facti quidem questio in arbitrio est judicantis, pœnæ vero prosecutio non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati servatur*, inquit Juriscons. in *l. 1. §. 4. ff. ad Senatusconsultum Turpillianum.* nisi Judex sit S. Princeps, vel qui jus aggratandi, vel remittendi pœnas ex privilegio, vel consuetudine habeat, ut hodierno tempore Princeps & Status Imperij.

**Notandum** tamen IV. Licet pœna sit certo delicto determinata, propter particulares tamen circumstantias, quæ in facto talis delicti concurrunt, & ipsum delictum aggravant vel minuunt, etiam inferioribus Judicibus

dicibus competere potestatem, ut à poena ordinaria Juris recedere & aliam extraordinariam graviolem vel leviolem pro sua prudentia & arbitrio imponere valeant. Ita aggravatur delictum, & consequenter augetur poena ratione loci, temporis personae, vel modi, ut si homicidium patratum sit in Ecclesia, si in personam Ecclesiasticam, vel sanguine junctam, si proditoriè, vel per insidias, si frequentia delinquentium jubeat ad terrorem poenam exasperari, *l. aut facta. 16. §. 1. cum §. seq. ff. h. t.* Ita e contra diversa causae minuunt poenam enumerari possunt, ut dignitas personae delinquentis quando est corporalis poena, *l. 8. ff. de Deurionibus. §. l. si quis. 38. §. 5. ff. h. t.* aetas vel simplicitas, *l. serè in omnibus. 108. ff. de R. l. si delictum factum sit ex culpa tantum, non ex dolo vel proposito, vel si in ebrietate, ut dictum est superius in tit. de Homicidio, si delictum sumperit initium à justo dolore, ut quia injustè in vasu excessit necessariam defensionem Fach. Lib. 1. Controv. c. 37. quo faciunt text. in *l. si adulterium. 38. §. Imperator. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. quid cum major. 14. §. si libertus. ff. de Bonis libertor.* si delinquens crimen in inquisitione, & multò magis extra judicium per propriam denuntiationem spontè confessus sit, saltem de jure Canonico, *c. inquisitionis. 21. & ibi DD. de Accus.* quae causa sicut & aliae videri possunt apud Jul. Clarum *lib. 5. sementiarum. §. fin. q. 60.* & apud Tiraquell. in *speciali suo tract. de Poenis temperandis.**

Singulariter jure Canonico est advertendum, quòd antiqui Canones in imponendis poenis praesertim depositionis, vel degradationis, item infligendis censuris fuerint prouidi & rigorosi, quae tamen hodie majori ex parte in desuetudinem abierunt, adeò ut teste Val. *h. t. §. 4. in fine*, si non omnes

saltem pleraque poenae Juris Canonici sint *arbitrarie*, & praeterom circa causas ecclesiasticas mandari: Trid. in *l. 1. ecclesiastici* faciles sint in illis ferendis, in omni alio modo delinquantur, cum clementia doceat censuras ecclesiasticas de causis latis, contemni potius quam observari. Trid. *sess. 23. de Reformatione.*

Notandum V. quòd de Jure Canonico praeter censuras ecclesiasticas (de quibus terius in Tit. de Sent. excom.) vultur in poenae, ut I. poena pecuniaria, vel fructuum beneficialium, si Clerici beneficiati delinquant, quas tamen poenas poenarias non potest Episcopus in rebus officialibus de Jure applicare, sed debet locis, vel pauperibus diltribuere, ut notatur ex aliorum delictorum arbitratu. *h. t. Trid. d. c. 3. de Reformatione in capitulo 23. & sess. 23. cap. 3. E. form. cap. 1. si quis autem. II.* Poena carceris, ut de Jure Canonico & etiam hodierno poenam saecularium carcer non tantum in custodia, sed etiam propana ad tempus si causa tam atrox & capitalis sit in poenituum quoque adhibetur. *cap. nonnulli de Verborum significat. c. 3. h. t. 108.*

De Jure verò Civili scripsi carcer poenae quidem appellatur, potius tamen poenae custodia, quam poena ultima statuitur. *l. 1. ad damnum. 8. §. solent. ff. h. t.* & in gravi afflictione in carcerandis esse, ut dolore carceris pereant, jubet Imperator *l. 1. Cod. de Custodia reorum.* Quod etiam hodie observandum est iudicibus, si carceratus necdum de crimine convellendus in carcere gravius affligi, vel contempere innocentibus nimis miserandum est. *l. 1. centibus verò non satis. ff. de Ane. §. 1. gnoscat, ait Imperator cit. loc.* Poenam carceris etiam referri potest, ut olim frequenter in usu erat, de iusto in

nasterium, non ut delinquens ibidem contra suam vel Abbatis & Conventus voluntatem professionem faciat, sed ut inclusus maneat, & poenitentiam agat. c. 2. de Adult. & passim alibi.

III. Verberatio, seu modica castigatio corporalis, quæ non transeat in poenam sanguinis, d. c. 2. & c. 1. de Calumniator. c. in Archiepiscopatu. 4. de Raptoribus.

IV. Privatio beneficiorum, quæ poena, sicut & subtractio fructuum beneficalium aliquando ipso jure inferitur, aliquando per sententiam judicis inferri mandatur: quo posteriori casu ad instar aliarum poenarum non obligat in conscientia, ut delinquens ulterò beneficio cedere, aut fructus beneficales Episcopo, vel pijs causis consignare teneatur, antequam sententia in judicio contra ipsum lata sit. Sed & priori casu obligatio in conscientia non potius nascitur, quam si sententia declaratoria sequatur, quâ judex pronuntiet & declaret, quod delinquens poenas Juris incurrit, ut communiter tradunt interpretes, per cap. cum secundum. 21. de Hæreticis. in 6. Nisi Canon ob certa aliqua delicta vel causas in specie expresserit, quod aliquis ipso jure sit privatus beneficiis vel fructibus, etiam aliâ declaratione non secuta, ut in extravag. ambitu. de Rebus Ecclesie non alien. & in Trid. sess. 13. de Reform. cap. 1. vers. si quis autem.

V. Exilium vel relegatio. c. 1. de Calumniatoribus: & quidem Episcopus potest relegare extra Diocesim, Archiepiscopus verò etiam extra suam totam Provinciam. c. 1. & ibi Barb. n. 4. de Arbitris. c. tuarum. 11. de Privilegiis.

VI. Depositio; est autem depositio privatio ordinum Clericalium, eaque duplex Verbalis & Reale. Verbalis est, quando per sententiam Episcopi vel Vicarij ejusdem speciale ad hoc mandatum habentis Clerico executio suorum ordinum, & promotio ad al-

tiores in perpetuum interdicitur: qui tamen Clericus ita verbaliter depositus, seu quod in effectu idem est, perpetuo suspensus, manet adhuc Clericus Clericalibus privilegijs gaudens. cap. cum non ab homine. 10. de Judicijs. Barb. de Offic. Episc. alleg. 110. n. 7. Imò post peractam poenitentiam cum tali deposito Episcopus dispensare, & ordinibus suis eum restituere potest secundum dicta superius in Tit. de Furt. ad finem.

Reale depositio, communiter degradatio appellatur, privat Clericum non tantum executione ordinum, sed etiam Clericatu, & omnibus privilegijs clericalibus, ut instar Laici habeatur, ipse tamen character SS. Ordinum, qui in anima imprimitur, indelebilis est, & auferri nequit: ideoque si contingeret, aliquem ex fallis probationibus condemnari & degradari, demonstratâ postmodum innocentia restitutus noviter ordinari non deberet; imò degradatus in casu extremæ necessitatis, si sacerdos foret, ex plurimum DD. sententia aliquem absolvere posset. Barbof. ad Trid. sess. 14. de Sacram. poenit. c. 14. n. 13. Fit autem degradatio cum certâ solemnitate, quæ præscribitur in c. b. 1. in 6. ut nimirum prius sententia degradationis (quæ ibidem degradatio verbalis dicitur) feratur coram certo Episcoporum numero, scilicet in degradatione Presbyteri coram sex, in degradatione Diaconi vel Subdiaconi coram tribus. c. Felix. 4. & seq. causa. 15. quest. 7. quorum tamen Episcoporum loco, si comode haberi non possint, hodie ex Trid. sess. 13. de Reform. c. 4. conceditur, ut totidem Abbates, vel in istorum etiam defectu alij Clerici in dignitate constituti intersint; quod si Clericus in minoribus constitutus degradandus sit, hanc degradationem solus Episcopus sine assentia aliorum peragere potest.

Deinde post sententiam latam degradandus sacris vestitus vestibus manibus habens

librum,

librum, vas, vel aliud instrumentum, seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio publicè celebrare, ad Episcopum adducendus est: cui Episcopus singula ornamenta & vestimenta singulariter auferit, incipiendo ab illo ornamento, quod in ultimâ ordinatione traditum fuit, & descendendo gradatim usque ad primam vestem, quæ datur in collatione tonsuræ Clericalis: tunc radetur caput illius, ne Clericatus vestigium appareat. Addenda quoque in detractione insignium Clericalium sunt certa verba ablationem Clericatus significantia, quæ in Rituali habentur, & ultimo loco hoc vel simili modo dicendum ab Episcopo. *Auctoritate Dei omnipotentis, ac nostrâ tibi auferimus habitum Clericalem, deponimus, degradamus, & exuimus omni ordine, beneficio, & privilegio Clericali &c.*

- 13 Porro degradatio actualis refertur inter actus ordinis Episcopalis, & ideo fieri non potest, nisi ab Episcopo consecrato. *Glof. communiter recepta in c. transmissam. 15. verbo, de talibus. de Electione. Trid. d. c. 4. ibi: & per seipsum ad actualem degradationem. Panorm. in cap. non potest. 3. de Sent. & rejudicat a.*

Nihil tamen obstat, quin prolatio sententiæ degradationis per speciale mandatum committi possit Vicario, & executio sive actualis degradatio alteri Episcopo consecrato, si proprius Episcopus impediatur, vel consecratus non sit, juxta ea, quæ supra *Tit. de Officio ordinarii. §. 4. dub. 1.* diximus.

- 14 Post degradationem reus degradatus traditur judici seculari, qui in actu degradationis præsens esse debet: pro eo tamen Ecclesia intercedit, ne mortem patiatur, *c. novimus. 27. de Verbor. significat.* licet verò in eod. c. dicatur, Ecclesiam debere efficaciter intercedere pro vita degradati: hoc tamen verbum, *efficaciter*, non est intelligen-

dum, quod Episcopus obligetur, ut non liberet a pœna mortis, alias cum ipse leges Ecclesiasticæ frustra juberent in enormibus criminibus degradatum tradi judici seculari secundum leges civiles puniendum, sed hoc intercessio *efficaciter*, ad eam, sicut & tenenter faciendâ est, ad ostendendam mansuetudinem Ecclesiasticam, ne Episcopus faciens *degradatorem* videatur mortem degradati desiderare.

Nonquid autem iudex secularis post degradatum novum processum facere, & de iustitia causæ cognoscere? *¶* Esse diligendum, an crimen sit mere Ecclesiasticum, ut hæresis, simonia, administratio Divinarum à non sacerdote facta &c. vel in ministerio fori, ut homicidium, magis &c. pro tali casu tenetur iudex secularis præcise causam sententiam declaratoriam iudicis Ecclesiastici sine novo processu. *cap. ut non possimus. 18. §. prohibemus. de Hæreticis.* Altero autem casu poterit iudex secularis ab Ecclesiastico petere processum, & ipse quoque novum super crimine facere, prout sibi de jure visum fuerit, interere. *Panorm. in cap. 1. de Officio iudicis ordinarii. num. 12.* Ceterum crimina quæ Clericus degradandus est, in scripturis titulis, ubi in specie de singulis delictis egimus, nota sunt. Licet vero aliquæ delicta, nunquam posse deveniri ad degradationem, nisi in casibus nominatis, & re expressis, nihilominus magis processum docet *Panorm. in c. est Clericus. §. 1. cum non ab homine. n. 6. de Jurat. Co. rus lib. 5. sentent. §. fin. q. 36. n. 27.* etiam in aliis criminibus valde enormibus reipublicæ vel Ecclesiæ damnosis, & generaliter, quoties Ecclesia non habet potestatem sufficientem ad vindicandum scelus & rem aliis hominibus inferendam, post



judice Ecclesiastico poena *degradationis*, & traditio curiæ seculari statui, ut in parricidio, latrocinio, veneficio damno longius continuato &c. nam quod ex causa poena præsertim arbitraria aggravari possit, jam ante præmissum est; ordinariè vero propter furtum, homicidium simplex in rixa factum, adulterium, aut simile delictum: grave quidem, sed non ex gravissimis, Clericus non degradatur, nisi fuerit incorrigibilis, sed alijs poenis ac depositione verbali afficitur d. cap. cum non ab homine.

In illis quoque criminibus, quæ poenam *degradationis* habent, non semper cogitur Episcopus degradationem tradere Curie seculari, sed potest aliquando ad proprios carceres perpetuo condemnare, si ita pro qualitate causæ vel personæ sibi videatur, secundum Gloss. inc. de Hæretic. in 6.

Notandum ultimum, in legibus poenali-  
bus eam interpretationem adhibendam esse, ex qua poena potius mitigetur, quam exasperentur: Ideoque si in Jure vel in factis dubium occurrat, an crimen commissum, vel quæ poenâ puniendum sit, regulariter semper iudex in mitiorem partem inclinare debet, nisi concurrentes circumstantiæ aliud suadeant. *L. prospiciendum. 11. & l. penult. ff. hoc tit.* veluti si in Jure Canonico de *depositionis* poena statuatur, non de *degradatione*, sed verbali tantum *depositione* ordinariè accipiendum erit. Ita etiam in Jure civili poena capitalis aliquando non de vitæ naturalis amissione, sed civilis tantum, id est, deportationis, vel exilij intelligi potest, teste Harp. ad Tit. de Injuris. §. 1. n. 161.

Interim circa reos legitimè de crimine convictos, & præsertim illos, qui atrociter perpetrarunt, malam consuetudinem contraxerunt, & exiguam vel nullam spem emendationis ostendunt, non nimis clemens esse debet iudex, juxta illud Exodi. 22. vers.

ENGEL IN DECRET. LIB. V.

18. *maleficos non patieris vivere.* & illud I. a. a. 20. vers. 10. *misereamur impio,* & non d. s. et *justitiam* &c. ne paulatim civitas, vel provincia malis hominibus repleatur, & tales liberati graviora crimina perpetrent, quæ iudici non minima ex parte imputari poterunt. *Prospiciendum igitur est iudicanti,* aut Jurisconsul. d. l. 1. *ne quid aurius aut remissius constituantur, quam causa deposcat, nec enim auri severitatis aut clementia gloria affectanda est.*

## TITULUS XXXVIII. De Pœnitentiis & Remissionibus.

### SUMMARIUM.

1. Pœnitentia alia est publica, alia privata; alia solemnis, alia non solemnis.
2. Solemnis non imponitur Clericis nisi depositis.
3. Publicis peccantibus etiam publica pœnitentia imponenda.
4. Quare à rigidioribus olim usitatis pœnitentiis recessum sit.
5. De institutione sacramenti pœnitentiæ.
6. De materia & forma hujus sacramenti: & quod etiam sufficiat attritio.
7. Per literas, aut insermentium non licet confiteri.
8. Præceptum annuæ Confessionis & Communionis: ejusque omisæ poenæ.
9. De consuetudine Confessio debet fieri in Paschali tempore: & quid si tunc omisæ, alio vero tempore anni facta sit?
10. Quæ obligatio Medicis circa ægras à Jure imposita admonendi de Confessione.
11. Quid si remissio & indulgentia?
12. Satisfactio Christi nobis applicari debet, ut profectus ad remissionem peccatorum.
13. Indulgentiæ autem totales & plenariæ, alia partiales, & quid sit carena?
14. Clausula: de pœnitentiis injuncta &c. indulgentiis addit solita, non restringit indulgentiam, quæ etiam intelligatur de injurgendis.
15. Quam utile sit lucrari indulgentias.
16. Indulgentias concedere principaliter pertinet ad S. Pontificem: & quas possunt concedere Episcopi.

Tit. 111

17. Remis-

- 17. Remisso & alius Jurisdictionis, & quomodo possit extendi ad non subditos?
- 18. Exempti possunt lucrari Indulgentias.
- 19. Episcopus etiam solū confirmatus potest dare Indulgentias.
- 20. Quid sit Jubilæum.

Sicut pœnæ, de quibus *præced. tit.* dictum, ad forum judiciale, instituta scilicet accusatione vel inquisitione super criminibus, pertinent, ita *pœnitentiæ* spectant ad forum pœnitentiale, & expiationem conscientiæ.

<sup>1</sup> *Pœnitentiæ* aliæ sunt *publicæ*, aliæ *privatæ*, sive sacramentales; erat enim hic antiquioris præsertim Ecclesiæ usus, ut peccata publicæ cum hominum scandalo patratæ, non nisi publicâ confessione & pœnitentiâ coram Episcopo vel pœnitentiario ad hoc specialiter constituto expiarentur. secretiora verò, & absque majori scandalo facta confessione secretâ & sacramentali. *c. si peccaverit. 19. causâ. 2. q. 1. & c. 1. h. t.*

*Publica pœnitentiæ* alia est *solemnis*, alia *non solemnis*. *Solemnis* pœnitentiæ est, quæ solemniter in Ecclesia cum ceremoniis certis indicitur & peragitur, quæ ceremoniæ describuntur *in capite. 64. dist. 50.* ut scilicet ad initium quadragesimæ publici peccatores & pœnitentes induti faccis & nudis pedibus ad Ecclesiam veniant, & inde à ministris Ecclesiæ certo ritu & certis orationibus dictis expellantur. Hæc *solemnis pœnitentiæ* separat pœnitentem à communione fidelium, & sacramentorum perceptione (exceptis mortis articulo) usque ad plenam satisfactionem; quia verò etiam minuit exultationem & famam pœnitentis, propterea Clericis nisi depositis imponi non debet: imo publicè & solemniter pœnitentes tanquam infames & irregulares ad Clericatum non admittuntur. *c. confirmandum. 65. & seq. d. dist. 50.*

*Publica pœnitentiæ non solemnis* est,

quæ ex publica quidem confessione, in publico delicto, sed absque ceremoniis Ecclesiæ indicitur, ut si alicui publice peccatum vel peregrinatio imponitur, de quo pœnitentiis videri poterunt *Canonis pœnitentiales*, qui solent imprimi post *Beatum Gratianum*.

Istæ porro *publicæ & solemnes pœnitentiæ*, licet hodie parum in usu sint, mandat tamen Concilium *Tridentinum. Sess. 24. de reformatione. c. 8.* ut publicè cum scandalo peccatoribus *publica etiam pœnitentiæ* pro gravitate & gravitate culpæ imponatur, & si non impleatur dictum *Apostoli. 1. ad Tim. 4.* vult publicè peccantes palam esse correptos, nisi Episcopus judicaverit pro circumstantia rei magis expedire, ut pœnitentiæ *publica* in secretam commutetur.

Illud quoque observandum est, quod *Canonis antiqui pœnitentiales* in immemorabilis admodum rigorosi fuerunt, ob servitorem primitivorum Christianorum, adeo ut pro uno peccato mortali septem & plura annorum pœnitentiam nominatim junxerint: quia verò deinde dilata *facultate*, & refrigerente charitate ob gravitatem pœnitentiæ multi impatientes commiserunt, & potius contempserunt pœnitentiâ in profundum malorum descendentes, ideo pia mater Ecclesia succedentibus temporibus de illo primo rigore aliquantulum relaxavit, & pro sua amplissima potestate concessit, & ligandi pœnitentias arbitrarias concessit.

*Privata pœnitentiæ* est illud pœnitentiæ & secretæ confessionis *Sacramentum*, quod unanimes Ecclesiæ consensu tuus pœnitentissimum à Christo institutum creditur, quando resurgens à mortuis insuflavit discipulis suos dicens: *accipite spiritum s. quia qui remiseritis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* *Matth. 18.* Cum ergo hæc pœnitentiæ

ENGEL

retinendi peccata, à Christo concessa in Ecclesia exerceri non possit, nec iudicari, quæ peccata remittenda, vel retinenda sint, quales pœnitentiæ injungendæ, quæ ad evitanda peccata consilia danda, nisi peccatores sua peccata recenscant & super singulis remissionem rogent, idèd Ecclesia Catholica contra hæreticos semper tenuit & docuit, oportere apœnitentibus omnia peccata mortalia (non item venialia.) quorum post diligenter sui excussionem conscientiam habent cum circumstantiis, non quidem omnibus, sed saltem illis, quæ speciem mutant, & peccatum, de uno genere peccati in aliud transire faciunt, v.g. de fornicatione in adulterium, vel incestum &c. in confessione exprimere, super quibus deinde recensitis peccatis, & omnibus aliis, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, à sacerdote ad audiendas confessiones approbato & in pœnitentiam ordinariam vel delegatam jurisdictionem habente iudicium formetur, & absolutio, nisi Pontifici vel Episcopo reservata fuerint, impertiat: ita tamen, ut in extremâ necessitate, seu mortis articulo, vel periculo sine recensione peccatorum, si ea ob mortem periculosa, vel defectum loquelæ impossibilis sit, à quolibet sacerdote de quibusvis peccatis, quomocunque reservatis absolutio concedi debeat.

Declaravit Ecclesia præterea formam huius sacramenti esse in illis Ministri verbis: *ego te absolvo &c.* preces verò quasdam, ut *miseretur &c.* & *Passio Domini &c.* laudabiliter de more Ecclesiæ adjungi solitas ad ipsius sacramenti essentiam, formam vel necessitatem non spectare. Materiam autem esse ipsius pœnitentis actus, scilicet contritionem, confessionem & satisfactionem, & quidem nomine contritionis generaliter intelligi animi dolorem ac detestationem de peccato commisso cum proposito

non peccandi de cætero: neque tantum illum perfectum actum charitatis erga Deum, quæ propriè contritio dicitur, quo detestamur peccatum super omne malum tanquam repugnans summo bono dilecto per fidem cognito, sed etiam illum dolorem imperfectum, qui *attritio* vocatur, & ex turpitudine peccati & pœnarum metu concipitur. Quamvis enim hæc imperfecta contritio sine sacramento, sive actuali confessione non deleat peccata (sicut tamen delet illa perfecta saltem in casu, quo sacramentum haberi non potest) cum sacramento tamen sufficit, prout hæc omnia habentur in Trid. *Sess. 14. de Sacram. pœnitent.* & eadem passim prolixius tractant Theologi morales & Scholastici. Videri etiam poterunt, quæ de jurisdictione & approbatione Confessoriorum dixi in *libello de Parochi. inc. 2. de Pœnitentia.*

Novissimè à Clemente VIII. declaratum refert Barb. in *c. omnis. 12. h. t. n. 12.* non licere per literas aut internuncium absenti sacerdoti peccata sua confiteri, adèd ut contraria sententia tanquam omninò improbabilis damnetur, & eam tanquam probabilem admittentes vel defendentes (intellige si scienter & quasi per contumaciam post cognitam hanc declarationem tenuerint) excommunicationem reservatam incurrant.

Cæterum Jure Ecclesiastico statutum est in *c. omnis utriusque. 12. h. t. 1.* ut hoc privilegium pœnitentiæ sacramentum ab utriusque sexus fidelibus, postquam ad annos discretionis pervenerint, saltem semel in anno peragatur, & Eucharistiæ sacramentum ad minus in paschate reverenter suscipiatur, temerè autè & sine rationabili causa, ac proprii Parochi consilio seu licentia omittentes vivi ab ingressu Ecclesiæ arcentur, & morientes Ecclesiastica sepultura priventur. Quamvis verò in hoc Canone non ita expressè

preſe determinatur, quod Confefſio & Communio ſacramentalis præciſe in Paſchate ſingulis annis peragi debeat, & inde plerique inferant de jure ſatiſſeri propoſito Eccleſiastico, ſi in quavis anni parte poenitens peccata ſua confeſcatur, ſicut concludunt citati apud Barb. *in eodem c. omnis. n. 5.* non obſtantibus etiam illis verbis, *ad minus in Paſcha*: quia videtur eſſe ſenſus, *ſi nullo alio tempore, ſaltem in Paſchate*: nihilominus conſuetudo univerſalis Eccleſiæ introduxit, ut ſinguli fideles tempore Paſchali Sacramentum poenitentiae & Communio- nis peragere teneantur. Interim ſi quis alia anni parte confeſſus fuiſſet, & communicãſſet, in Paſchate verò omiſiſſet, non putarem eum ex hac ſolùm cauſa ſepulturã Eccleſiasticã privandum: quia illa poena in eos tantùm à jure lata eſt, qui toto anno Poenitentiam omittunt, & inde non leviter de hæreſi ſuſpecti redduntur. Licet autem conſuetudine ex poſt facto introducãta ſit obligatio præciſe confeſcendi in Paſchate, & huic conſuetudini laudabili contravenientes ſaltem arbitrariè puniri poſſint, & ſoleant, illam tamen valde magnam poenam privationis ſepulturæ non reperimus tali caſu inſtitutam: aliundè verò nota eſt regula, quod in poenaliſibus ſemper mitior interpretatio adhibenda ſit, nec poenæ ultra calus expreſſos facile extendendã. *l. penult. ff. de Penis. c. odia. de R. I. in 6.*

10 Medicis etiam ſpeciale præceptum datur in *c. cum infirmitas. 13. b. t.* & in Bulla Pii V. quæ incipit: *Super gregem Dominicum* &c. ut ad ægrotos vocati non tantùm nihil ſuadeant, quod peccaminofum eſt, ſed ægrotos ante omnia admoneant, & inducant, ut confeſſionem præmittant; *cum infirmitas corporalis*, inquit Pontifex in *d. c. 13. nonnunquam ex peccato procedat, dicente Domino languido, quem ſana-*

*vit. Joan. 5. vade, & noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat*, quod tamen quidam cum Nav. in *Manuali confeſſariorum. c. 25. n. 61.* intelligunt, ſi morbus periculofus ſit, & ita etiam conſuetudo videtur declarare: quomodo optandum & menti & verbis poenitentia conformius eſſet, etiam in aliis morbis contrariis per expiationem peccatorum Deo ſibi prius conciliare, tum quod dicitur poenitentia præſertim ægris poenitentia licet quod ratio Canonis etiam in aliis, qui lethalibus morbis locum habent: tum quoque quod per dolores & moleſtus morborum æger multum promereri & pro peccatis teactis ſatiſfacere valeat, ſi in illa gratia per poenitentiam conſtitutus ſit.

*Remiſſio*: condonatio ſatiſſationis, ſive temporalis poena Deo pro peccatis remiſſio alio nomine *indulgentia* vocatur, *c. quod autem 4. b. t. junctio. c. indulgentia. 3. eodem in 6.* Hinc verò poenitentia ex poteſtate clavium ſibi à Ch. *Matth. 16.* traditarum ſolent ſuaviter in terris, ſolutum etiam eſt in caeli Regno: porro remiſſionem facit Eccleſia per ſacramentalem applicationem meritorum Ch. Sanctorum ejus: nam licet Chriſtus Deo Patri ſuo ſatiſfecerit pro peccatis omnibus, tamen hæc ſatiſſatio non poenitentiam remiſſionem peccatorum, niſi quaerenti cui applicatur, vel immediate per Chriſtum, vel per Vicarium Chriſti Romanum Pontificem: alius enim ſi Chriſtus poenitentiam ſuam ſatiſſationem voluſſet omnino indiftinè omnia peccata remittere, & curam ſalutem conferre, fruſtra inſtituta Sacramenta, fruſtra peccatores non æque fruſtus dignos poenitentia à Regno caelorum in multis Evangelii locis excuſantur: ſed iſta Paſtori Eccleſiæ claves ad ligandum

solvendum concessisset. Neque propterea per satisfactionem nostram aliquid derogatur meritis Christi, ut cavillantur hæretici, qui licentiâ & libertate peccandi seducti horrent pœnitentiam, & satisfactionem: quia hæc ipsa satisfactio non aliter vim & effectum habet, quam ex satisfactione Christi, à quo offertur Patri, & per quem acceptatur à Patre, sicut declarat Trid. *sess. 14. de Sacramento Pœnitentiæ. c. 8.*

Dividuntur *indulgentiæ*, quod alia sint *totales* sive *plenariæ*, alia *partiales*: per illas remittitur tota pœnitentia & satisfactio, sive in hoc, sive in altero seculo sustinenda: per has autem tantum pars aliqua pœnitentiæ, ut si indulgentia unius anni, septem, 40. dierum concedatur, sensus est, remitti pœnitentiam, quæ alias secundum rigorem Ecclesiæ tot annis, vel 40. diebus (quæ pœnitentia 40. dierum in Canonibus *carena* dicitur *c. 8. de Accusat.*) peragenda fuisset.

Sed hic movetur non inutilis quæstio, an cum literæ indulgentiarum ordinariè secundum stylum Curie Romanæ soleant habere adjunctam clausulam; *de pœnitentiis injunctis &c.* tales indulgentiæ etiam sint intelligendæ de illis pœnitentiis, quæ per Confessarium quidem injunctæ non fuerunt, fuissent tamen secundum gravitatem peccatorum, & de rigore Canonum pœnitentialium injungendæ? *æ.* Benigniore esse interpretationem DD. quod hæc clausula non sit restrictiva indulgentiarum, sed ampliativa, habens subintellectam particulam *etiam*, ut sit sensus: *etiam de injunctis pœnitentiis &c.* nam præterquam, quod indulgentiæ sint gratiæ & favorabiles animæ, ideoque latius interpretandæ, juxta vulgatas juris regulas, Ecclesiæ quando concedit id, quod est majus, & difficilius concedi solet, intelligitur etiam in eodem genere

concessisse, quod est minus. *c. ex parte. 27. de Decimis.* sed plus est, & difficilius conceditur remissio pœnitentiæ injunctæ, utpote Divino & humano præcepto debita, & per quam remissionem turbatur & impeditur inferioris judicis pœnitentiam injungentis jurisdictionis, quam concedatur remissio pœnitentiæ injungendæ, quæ incerta & indeterminata est, ergo concessa remissio super injunctis pœnitentiis non immeritò etiam de injungendis explicanda erit.

Quæ interpretatio præsertim hodierno statu Ecclesiæ, ubi non amplius tam longæ & graves pœnitentiæ, sicut olim injunguntur, adhiberi debet, cum alias nunquam vel rarissime indulgentiæ cum prædicta clausula: *de injunctis pœnitentiis*, utilitatem adferrent. Ponor. *in c. cum ex eo. 14. h. t. n. 6. Suarez. 10. 3. disp. 50. sect. 3.* Unde ulterius notandum est, valde utile esse pœnitentibus, ut studeant indulgentias ab Ecclesiâ concessas lucrari, & divinæ Justitiæ potius per indulgentiam & remissionem Ecclesiæ, quam per modicas pœnitentias à Confessariis injungi solitas satisfacere.

Indulgentiarum concessio primò & principaliter ad summum Pontificem spectat, cuius est dispensare thesaurum Ecclesiæ ex meritis Christi & Sanctorum collectum *extravag. 2. h. t. inter Comm.* Deinde verò per speciale privilegium etiam à summo Pontifice inferioribus Prælati concedi potest jus dandi indulgentias, sicut concessum est Episcopis in dedicatione Ecclesiæ, unius anni, & in anniversario ejusdem dedicationis 40. dierum indulgentiam dare, & non amplius; sive ab uno sive a pluribus Episcopis Ecclesiæ consecratur. *c. cum ex eo. 14. h. t.*

Est autem *remissio actus jurisdictionis* sicut ligatio, cum contrariorum eadem ratio censeatur, ideoque non prodest, nisi subditus remissio concedentis, alienis verò tunc  
Tet tet 3 solam,

solum, si à propriis suis Ordinariis habuerint licentiam alienæ jurisdictioni & remissioni se subijcendi: nam prorogatio jurisdictionis in spiritualibus fieri non potest absque proprii Judicis, & pastoris consensu. *c. quod autem. 4. h. t.*

18 Exempti tamen etiam lucrari possunt indulgentias Episcopales: nam in his favorabilibus, sicut in commutatione & dispensatione votorum &c. probabilis etiam sine speciali licentia summi Pontificis, cui immediate subsunt, possunt se subijcere jurisdictioni Episcopi, ne aliàs propter exemptionem ex gratia sibi concessam sint deterioris conditionis, quam alii non exempti contra regulam, quòd id, quod ob gratiam alicujus est introductum, non debet in ejus odium re-

19 torqueri, *quod ob gratiam. de R. I. in 6.* Præterea hic actus jurisdictionis non habet necessariam connexionem cum Ordine Episcopali, quia est condonatio pœnæ extra Sacramentum & extra forum internum pœnitentiale, ideòque Episcopus tantum confirmatus, quamvis non consecratus, indulgentias recte concedit, cum per solam confirmationem tanquam Pastor accipiat claves Ecclesiæ, quarum autoritate aliquem extra Sacramentum solvere, vel ligare potest, ut in tit. subsequenti dicitur. Panor. *accidentibus. 1. 2. de Excessibus Prælatorum.*

20 Demum remissio amplissima est *Jubilæum*: sicut enim in lege Veteri quinquagesimus annus *jubilæus* & remissionis dicebatur, quo Judæi debita & hypothecas aliasque possessiones prioribus dominis remittebant, servos libertate donabant, *Levit. 25.* quæ remissio præfiguratio erat remissionis peccatorum adventu Christi faciendæ: ita Ecclesiæ in Lege nova pro solatio fidelium introduxit *annum Jubilæi*, in quo præter plenam remissionem peccatorum, alias insuper gratias addere solet, ut liberam electio-

nem Confessarii cupiscunque, absolventur à reservatis quibuslibet, commutentur votorum &c. Licet verò de jure hic annus Jubilæi (qui olim primùm 100. deinde 100. non concessus fuit) hodie 25. quovis annis datur illis tantum, qui urbem Romanam, Basilicas Apostolorum Petri & Pauli venerint, suspensis interim omnibus aliis indulgentiis plenariis per orbem, ut fideles magis diligentius Romam veniant ad lætandum Jubilæum, ut in *extravog. 1. 2. de præter Commun. h. t.* habetur: solent tamen Pontifices sæpius pro suo arbitrio et causa aliqua urgente scilicet ad conciliandum malum frequentius per totum orbem indulgentias sive plenissimas indulgentias commutari Jubilæi non quidem per integrum annum sed aliquot hebdomades in quovis anno indulgere. Præ cæteris videri poterit Gregorius Gobat in suo tractatu de *dispensatione*, in quo pro Confessariis multas practicas quæstiones tempore Jubilæi currentes resolvit.

## TITULUS XXXIX.

### De Sententia Excommunicationis.

Quamvis rubrica hujus tit. tantum *Sententia Excommunicationis* describitur, tractatur tamen tantum de *excommunicatione*, scilicet de *cenfura* Ecclesiastica, quarum titulus in diversis materiis frequens occidit. Sit proinde

§. I.

#### De Cenfura in genere.

SUMMARIUM.

1. Quid dicatur & sit cenfura?
2. Cenfura est spiritualis & medicinalis: non perpetuum, excepta suspensione.

3. Censura non potest ferri nisi in Christiano baptizato, & viatore.
4. Quomodo defuncti excommunicari vel ab excommunicatione absolvi possint?
5. Animabus in purgatorio conceduntur & S. Pontifice Indulgentia tantum per modum suffragii.
6. Censura non potest ferri nisi pro delicto externo, & mortali.
7. Qualis contumacia & monitio ad inferendam censuram requiratur.
8. Quando censura ipso Jure inferitur, nulla alia monitio necessaria est.
9. Pro sententia tamen declaratoria ferenda praequiratur citatio illius, qui pro excommunicato v. g. est declarandus.
10. Ignorantia non tantum facti, sed etiam Juris & probabilitatis ipsius censuræ ab eius incurfione excusat.
11. Quæ sit differentia in effectu inter alias penas, seu irregularitates, & inter censuras?
12. Ecclesiasticis Prælatu competit potestas ferendi censuras: non Laicis: nec de Jure inferioribus Judicibus Ecclesiasticis, ut Archidiaconis, Archipresbyteris &c.
13. Abbates habent potestatem.
14. Prælatu confirmatis etsi non consecratis congruit potestas censuras ferendi.
15. Abbatibus illa potestas proprie non competit.
16. Censura privant bonis spiritualibus Ecclesie publicis, non privatis.
17. Si censura affectus se emendat, censura tollitur, sed non sine absolutione.
18. Censura alia est Juris, alia hominis: & quæ est Juris, alia lata, alia ferenda sententia.
19. Quæ verba in Jure importent censuram latam vel ferendam sententiam.
20. Censura ab homine potest ferri vel generaliter vel in specie in certis personis.
21. Censuræ extra statutum ordinatum pro futurâ culpâ sunt de Jure prohibita.
22. Censuræ generales ad finem revelationis cum quibus conditionibus fieri debeant.
23. Vicarius in arduis non venit nomine Episcopi, saltem si in Jure particulari restrictiva apponatur.
24. Monitoria generalia quomodo ad revelandum vel denunciandum obligent.
25. Revelationem inde secuta non faciunt fidem ad inquisitionem criminalem: & de clausula monitoris apponi solita.
26. Censuræ tres sunt species, Excommunicatio Suspendio & Interdictum.

**C**ensura apud Romanos officium & dignitas Cenforum, qui corrigendis civium moribus præerant, dicebatur: aliquando pro ipsa correctione, castigazione vel decreto illius Magistratus accipiebatur. Hinc etiam in Jure Canonico idem vocabulum receptum est ad significandam castigationem, punitionem & correctionem delinquentium. Potest autem defini *censura* in genere, quod sit pœna spiritualis, per quam homini baptizato delinquenti ac contumaci per Ecclesiasticam potestatem quorundam bonorum spiritualium usus aufertur, donec à contumacia recedat. Ita colligitur ex omnibus DD. de *Censuris* Ecclesiasticis scriptentibus, & habent singulæ hujus definitionis particulæ suas considerationes.

Dico I. *censuram* Ecclesiasticam esse *pœnam spiritualem*: quia non versatur principaliter circa bona temporalia, vel afflictionem corporis, sicut pœnæ temporales, sed circa privationem bonorum spiritualium, scilicet administrationis, vel perceptionis Sacramentorum, communicationis suffragiorum &c. ut ex dicendis apparebit. Non est tamen *censura* proprie pœna vindictiva sceleris jam patrati, quin potius pœna medicinalis intendens futuram correctionem delinquentis contumacis, c. 1. in princ. h. t. in 6. Unde *censura* regulariter in perpetuum, vel ad certum tempus ferri non debet, sed ubi censuratus à contumacia respuerit, & satisfactionem pro delicto obtulerit, absolvendus erit, c. ex literis. 11. de *Constitutis*. Quod ordinariè verum est in *censura* excommunicationis & interdicti; sed suspensio ab ordine vel beneficio nunquam per modum propriæ pœnæ vindictivæ, & ob culpâs præteritas etiam non datâ ulteriori contumaciâ delinquentibus Clericis in perpetuum, vel ad tempus infligitur, c. un. de *Clerico venatore*. & tunc non

non retinent propriam naturam censuratum, sicut notavit Panor. *inc. sape continetur. 44. de Appell. n. 16.*

<sup>3</sup> Dico II. censurandum debere esse *hominem baptizatum*: nam gentiles, qui nunquam per baptismum in Ecclesiam ingressi, eiusque subditi effecti sunt, & propterea etiam communicationem bonorum spirituum, quibus per censuras priventur, cum Ecclesia non habent, censuram non recte afficiuntur, dicente Apostolo 1. ad Corinth. 5. v. 12. *quid mihi est de iis, qui foris (hoc est extra Ecclesiam) sunt, iudicare? Nam eos Deus iudicabit.* Addunt praeterea DD. communiter, quod homo censurandus debeat esse *viator*, id est inter vivos in hac mortali peregrinatione ad coelestem patriam constitutus, propterea concludunt, quod in mortuos censura aliqua proprie dicta ferri non possit: mortui enim de jurisdictione Ecclesiae subtrahi sunt, & eorum causa Dei iudicio reservatur: *neque de eo, qui in divino iudicio constitutus est, nobis vas est aliud decernere praeter id, in quo eum dies supremus invenerit*, inquit Pontifex in c. 1. & 4. causa 24. q. 2. & Gelasius Papa in c. 2. eod. q. 2. pro confirmatione adducit, quod Christus *Matth. 16.* per illa verba: *quicumque ligaveris super terram, dederit quidem Petro potestatem ligandi super terram, scilicet vivos, non vero in terra, id est, mortuos.*

<sup>4</sup> *Opponitur* autem contra hanc assertionem l. c. ult. ead. causa 24. q. 2. ubi probatur, quod haeretici etiam post mortem valeant ab Ecclesia anathematizari. II. c. *à nobis. 28. h. 1.* ubi decedens excommunicatione, editis poenitentiae signis, permittitur etiam post mortem absolvi, & addit ibidem Pontifex, quod in certis casibus à Canonibus denotatis ligasse legatur Ecclesia mortuos & solvisse. III. quod Ecclesia conce-

dat indulgentias pro animabus in purgatorio, adeoque jurisdictionem & potestatem clavium etiam in mortuos exercere.

Verum ob haec argumenta, licet positorosa, non videtur recedendum à dictis, quod plurimum auctoritate confirmat *Beno. 11. c. à nobis. n. 4. 11.* Igitur ad poenitentiam anathema, quod haeretici post mortem dicitur, non esse excommunicationem directam, quae directe intenditur in animam mortui, ut pote iam de jurisdictione Ecclesiae subtraham, sed potius quantum excommunicationem vel excommunicationem tantum propriam & indirectam, quae praecipue dirigatur ad ipsos fideles, qui poenitentiam ne cadaver defuncti haeretici sepulture Ecclesiae mandent, vel pro ipsius poenitentiae precibus offerant, aut certe nonnullorum pro tale anathema decernatur, haeretico iam vivis excommunicationem à Jure laico contraxisse, & in ea decessisse &c. *Alfonsus* similiter dici potest, absolventibus quae decedentibus praemissis poenitentiae signis post mortem datur, non esse anathemam directam, sed potius sublatam excommunicationem prohibitionis, ex qua talis excommunicatus non poterat Ecclesiae sepulture participare, & participare fidelium orationibus, esse declarationem, quod mortuus poenitentiae signa coram Deo absolventis datur. Ad tertium, communis est illius sententia, quod Pontifex animabus in purgatorio non det indulgentiam per modum jurisdictionis, eas a poenis absolventis, sed tantum per modum suffragii, ex quo Deo satisfactionem ex communibus meritorum Christi & sanctorum adiunctis precibus, ut eam satisfactionem ad liberandam animarum misericorditer acceptare dignetur, sicut in terminis & pro certo tractat *Alfonsus Indulgent. c. 7. n. 3.* ubi etiam subtrahitur iam disputatione, an tales Indulgentiae



biliter liberent animas ex purgatorio, quæ cum non sit nostri instituti, apud eundem auctorem legi poterit.

6 Dico III. *Delinquenti & contumaci.* Porro delictum, ob quod censura infligitur, debet habere tria adjecta. I. quod sit delictum *externum* aliquo operè externo demonstratum, & non sit merè in animo & cogitatione positum: quia iudicium humanum fori externi (aliud est de foro sacramentali poenitentiarum non cognoscit de internis, & non imponit poenam cogitationis. *c. cogitationis. 14. de Pœnit. dist. 1.* Unde licet hæretici incurrant excommunicationem ipso Jure, non tamen ille, qui hæresim solum in animo fovet, priusquam verbo vel opere extrinseco eandem manifestaverit, & ita quidem, ut ab aliis propterea de hæresi notatus fuerit, sicut superius in *Tit. de Hæreticis* pluribus explicavi. II. peccatum debet esse *mortale*, & non sufficit veniale: nam cum censura sit ex maximis poenis, debet esse commensurata delicto. *c. nemo Episcoporum. 41. & seq. causâ. 11. q. 3.* quare præsertim in censuris, quæ ipso jure inferuntur, hoc notabile est, quod sicut ob inadvertentiam, non sufficientem deliberationem, vel parvitatem materiæ nunquam potest aliquis à peccato mortali, ita etiam possit à censura excusari. III. Ut delictum habeat annexam contumaciam delinquentis: qui enim vult, vel à delicto respicere, vel pro eo Ecclesiæ per congruam poenam, aut læsis per compensationem damni satisfacere, à censura absolvi debet. Text. & Gloss. in *c. ex parte. 23. de V. S. Pan. in c. qua fronte. 25. de Appellat. n. 10.* Unde ad valorem censuræ præsertim verò excommunicationis & interdicti requiritur ordinariè citatio legitima & trina monitio præcedens cum intervallo dierum aliquot, ut censurandus sufficiens tempus habeat ad

ENGELIN DECRET. LIB. V.

exhibendam satisfactionem, vel proponendam defensionem suam. *c. sacro. 48. h. t. c. Romana. 5. c. statutum. 13. & c. constitutionem. 9. ubi Gl. & DD. eod. tit. in 6.* Si tamen periculum in mora sit, una etiam monitio peremptoria cum competenti termino, quem qualitas causæ patitur, sufficit. arg. *l. contumacia. 53. §. 1. ff. de Re jud.* Et hoc si censura ab *homine* seu iudice feratur; sin autem censura feratur ab ipso *Jure*, & ipso facto incurratur, nulla quidem monitio iudicis quoad incurfionem talis censuræ requiritur: quia jus censuram imponens, cum sit publicum, semper monere intelligitur, ne delictum illud habens poenam censuræ committatur. *c. reprehensibilis. 26. de Appell.* Atamen si is, qui censuram v. g. excommunicationis incurrisse dicitur, ab Episcopo vel Iudice Ecclesiastico pro excommunicato declarandus, vel denuntiandus sit, prius legitime citandus erit, eique iusta defensio Jure naturæ omnibus concessa indulgenda, ut secundum Juris ordinem appareat, an revera ita peccaverit, ut merito censuram incurrisse judicari debeat; imò declarationem siue præcedenti citatione factam (nisi in planè notoriis, quæ nullâ possunt tergiversatione celari) invalidam & irritam, docet Nav. *h. t. consilio. p. n. 4.* per Text. & Gloss. in *Clem. 3. de Censib. & in Clem. 2. de Pœnis.*

Uterius sicut ignorantia non affectata, nec omnino crassa & supina excusat à contemptu & contumacia. *l. si ignorans. 50. ff. Locati.* ita etiam excusat à censurâ non tantum ignorantia facti, ut quia v. g. percuciens noctu Titium ignorasti esse Clericum, sed etiam *Juris*, quia ignorasti legem vel prohibitionem sub poenâ censurarum. *c. proposuisti. 2. circa finem. dist. 82. c. 2. de Constitut. in 6.* Sylvest. verbo *ignorantia. n. 14.* Exultimant quidem Cov

Uuu uuu in Re-

*in Relect. c. Alma mater de Sent. excom. in 6. p. 1. §. 10. n. 9.* non evitari censuram, si aliquis sciat actum, quem egit, esse prohibitum, licet ignoret censuram esse annexam, prout de Jure Civili malefici puniuntur ordinaria pœna legis, v.g. latrones rotâ, fures laqueo &c. quamvis ob ruditatem ignoraverint tam gravem pœnam delicto esse constitutam. Accedit quod mutilans vel occidens irregularitatem incurrat, quamvis Jus irregularitatis ignoret.

Nihilominus contraria sententia probabilior videtur cum Sylvestro d. n. 14. & Nav. in *Manuali confessoriorum c. 27. n. 274.* nam propter solum peccatum, & inobedientiam contra legem divinam vel naturalem nulla incurritur censura, nisi simul concurrat inobedientia erga Ecclesiam, quæ tali peccato censuram apposuit, ut satis probatur *ex d. c. proposisti. dist. 82.* ubi licet Clericis, jure divino incontinentia prohibita sit, non tamen dicuntur censuram incurrere, antequam habeant notitiam legis Ecclesiasticæ censuram inferentis. Item in *c. 2. de Conflit. in 6.* dicitur, sententis per statuta quorumcunque Ordinariorum prolatis non ligari ignorantes, quod utique de ignorantibus ipsam censuram intelligendum est, eum causa, ob quam censura inferitur, sit peccatum mortale Jure divino aut naturali prohibitum, quod illicitum esse omnibus facile cognitum est, atqui ignorans censuram, quamvis sit inobediens erga Deum, non tamen est inobediens erga Ecclesiam, arg. *d. l. contumacia. ff. de Re judicata.* Licet verò Gloss. in *d. c. 2. in verbo statuta.* advertat, hoc tantum procedere in censuris, quæ per statuta particularia Episcoporum intelliguntur, non verò quæ per S. Pontificem: idem tamen etiam circa Jus commune dici poterit: quia etiam hic ignorantia ab inobedientia erga Ecclesiam excusat, & quamvis ignorantia Juris non excuset, quoad in-

validitatem actuum & contractuum, quæ contra jura sunt, excusat tamen plenam pœnam præsertim simpliciores, item feminas, minores, milites. *l. cum de inforto. 23. §. 1. ff. de Probat.* Et etiam quando ignorantia non est scilicet & obli- ta, ut si censura in Bullis, vel Corporis contenta à locorum Ordinariis non publicentur, vel usu non observentur, nec enim cujuslibet eadem est professio, ut *opus Juris & Bullas legat. & examinet.* Confirmatur etiam ex eo, quod Pontifex in *c. 2. p. 2.* principaliter cupit animarum periculis obviare, & conscientie favore, licet principio textus appareat, scilicet animarum periculi animarum, & favoris conscientie quæ subest in censuris latis à Jure communi, quæ à particularibus statutis, ergo etiam utriusque Jus servandum erit. Quæ non obstant contraria: nam diversa est natura pœnas propriè dictas vindictivas à pœnis maleficis imponi solitas, & circa utrasque: illa præcisè propter inobedientiam erga Deum, & vindictam sceleris intelligitur, illa verò cum sint potius pœnae medicinalis ab Ecclesia præscriptæ, aliquam ex parte humanitatis & inobedientiam saltem interpretativam erga ipsam Ecclesiam supponunt. Deinde quod attinet ad irregularitatem, illa etiam propterea ab ignorantia excusetur, quia non est censura propriè dicta, sed macula macula & defectus lenitas, sicut homicidio vel bigamia, ad quam irregularitatem contrahendam nulla requiritur irregularitatis scientia, vel pœna propria & vindictiva, ut in eo, qui censuris illegatus in divinis officio ministraverit.

Dico IV. Per Ecclesiasticam potestatem quo nomine (exclusis Laicis, quibus non dantur claves Ecclesiæ, nec illis competunt spiritualia tractare. *c. accersimus. 2. de Judic.*) intelliguntur Pri-

Ecclesiastici ordinariam jurisdictionem habentes, & quidem secundum Innoc. in cap. Archidiacono. 5. de Offic. Archidiacono. omnino etiam inferioribus iudicibus Ecclesiasticis, ut Archidiaconis & Archipresbyteris sive Decanis jus ferendi censuras conceditur per c. 3. de Offic. Jud. ordin. Mihi semper probabilius & consuetudini, quæ est optima legum interpret. l. si de interpretatione. 37. ff. de Leg. conformius videtur, istis inferioribus iudicibus, & Archidiaconis, Archipresbyteris que non competere potestatem ferendi censuras, nisi ex commissione Episcopi, vel speciali alicujus loci consuetudine hoc habeant, sicut de censura excommunicationis satis aperte probatur ex d. c. Archidiacono, ubi Pontifex dicit, de institutione Ecclesiastica non competere Archidiaconis potestatem ferendi sententiam, scilicet excommunicationis, ut ibidem cum Gloss. communiter explicant DD. ideoque dictum c. 3. de Offic. ordin. quod pro se allegat Innoc. recte in eum sensum exponi potest, ut procedat supposita commissione Episcopi, vel consuetudine in contrarium: consuetudo enim aliquando dat jurisdictionem aliàs de jure non competentem. c. dilecti. 4. de Arbitris, prout etiam in Lib. 1. in Tit. de Offic. Archipresb. tradidi. Abbates vero Monasteriorum, sicut majores Archidiaconis & Archipresbyteris Prælatis in statu Ecclesiastico censentur, ita etiam major jurisdictione in suos Religiosos eis adscribitur, ita ut censuras recte ferre possint; quod non tantum ex Regulis singulorum Ordinum constat, sed etiam Jure communi confirmatum est. c. cum in Ecclesiis. 10. de Major. & obed. cap. sicut tuis. 33. ubi Gloss. in verbo. anathematis. de Simonia. c. ea que. 8. de Statu Monach.

14 Præterea non requiritur, ut Episcopi vel

Prælati, quibus de Jure ratione officii vel dignitatis jurisdictione ferendi censuras congruit, sint consecrati vel Sacerdotes, dummodo sint ritè electi & confirmati: quia communiter & verè Scriptores Ecclesiastici cum divo Thoma. in 4. Sent. disp. 18. q. 2. a. 2. duplices claves Ecclesie ad ligandum & solvendum assignant, nimirum claves Ordinis, quæ in foro poenitentiali Sacerdotibus, & claves Jurisdictionis, quæ extra Sacramentum Poenitentiae pro recta Ecclesie & subditorum gubernatione tanquam gladius spiritualis Ecclesiarum Prælatis conceduntur.

Sed quid de Abbatissis dicendum, anne censuras in suas moniales vel alios subditos pronuntiare valeant? Pro affirmativa facit textus in cap. dilecta. 12. de Majori & obedient. ubi dicitur, quod Abbatissa suas Canonicas & Clericos etiam suæ jurisdictioni subiectos possit ab officio beneficioque suspendere. Verum contrarium tenendum est, autoritate. c. nova. 10. de Poenit. & remiss. ubi Pontifex foeminas Clavium Ecclesiasticarum incapaces esse declarat. Licet enim, inquit B. V. Maria dignior & excellentior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed istis Dominus claves Regni caelorum commisit. hinc etiam in eodem c. dilecta, dicitur, Abbatissam excommunicare non posse, quod verò ibidem adjungitur, de suspensione ab officio & beneficio. explicandum est cum Panor. illam suspensionem non fuisse censuram propriè dictam, cujus transgressio irregularitatem inducat; sed tantum subtractionem fructuum, & prohibitionem celebrandi, quam in aliqua Capella sibi pleno jure subiecta Clericis illam capellam pro beneficio obtinentibus Abbatissa fecit.

Uuu uuu 2

Dico

16 Dico V. Per censuras auferri censurato  
*usum spiritualium quorundam bono-  
rum.* Pro cuius intellectu præmittendum,  
*bona spiritualia* quaedam esse *publica*,  
quæ in dispensatione & explicatione  
Ecclesie consistunt, uti sunt Sacramento-  
rum administratio, & perceptio, spiritua-  
lis jurisdictio, beneficia Ecclesiastica, item  
suffragia, & satisfactiones, quæ pro omni-  
bus fidelibus tanquam uno corpore in Chri-  
sto ad *Ephes. 4.* ab Ecclesia offeruntur, ita  
ut orationes, Sacramenta & alia merita, quia  
opera, quæ fiunt ab omnibus, profint singu-  
lis de Ecclesia, sicutque inter eos communia:  
Quæ *Sanctorum Communio* in simbolo  
fidei appellatur, ut pluribus explicat Cate-  
chismus Romanus Pii V. de *symbolo fidei*,  
*p. 3. c. 3.* Hæc ergo bona spiritualia, cum  
sint in dispensatione, & applicatione Eccle-  
siae, illis privantur, qui censurâ afficiuntur,  
pro diuersitate tamen censurarum: quia non  
idem est cuiuslibet censuræ effectus, ut in-  
ferrius de censuris in specie dicemus. Alia  
verò *bona spiritualia* sunt *privata* &  
propria cuiuscunque, ut sunt dona gratiæ,  
fides, spes, charitas, aliæque virtutes & pia  
opera, quatenus præcisè ipsam personam &  
animam operantis concernunt, atque his Ec-  
clesia neminem privare potest, quin quacun-  
que censurâ ligatus huiusmodi virtutes cor-  
am Deo meritorie ad impetrandam remis-  
sionem peccatorum suorum operari possit,  
quamvis fortasse ob censuram communibus  
Ecclesie suffragiis priuetur.

17 Dico VI & ultimò *donec à contumacia  
recedat:* est enim, at in superioribus expo-  
sui, censura poena *medicinalis*, non tam  
ad vindictam sceleris, quam correptionem  
delinquentis intenta, & ideo regulariter non  
est eis neganda absolutio, ubi censuratus à  
contumacia recedit, & se corrigere paratus  
est. Ipso Jure tamen & citra absolutionem

non tollitur censura, licet censuratus re-  
serit. *c. cum desideres. 15. l. 1.* nisi iure  
censuram tulit, expressè addiderit hanc con-  
ditionem, ut quam primum censuratus con-  
tumacia recesserit, & integram satisfactio-  
nem præstiterit, ipso facto liber, & absol-  
tus habeatur, quæ forma censura in utroque  
idem non est, valida tamen probatur *Con-  
in Relect. d. c. alma mater. p. 1. q. 1. n. 1.*  
5. à quoniam autem & qualiter præterea ab-  
solutio à censuris inferri in hoc tractemur.

Ceterùm dividitur censura in contumaci-  
quod alia sit lata à *Jure*, quæ scilicet in Co-  
nitione, vel hæcuto aliquo continetur, alia sit  
lata ab *homine*, id est Iudice Ecclesiastico,  
sive, ut brevius dicam, alia censura sit *Juris*,  
alia *hominis*. Censura *Juris* sive *Canonica*  
rursus subdividitur, quod alia sit *lata*, alia  
*ferenda* sententiæ, hoc est, quod alia *offi-  
cio* incurritur, alia primum à Iudice Eccl-  
siastico ex præscripto tamen *Juris* in-  
feruntur. Verba censuram *latam* sententiæ  
portantia hæc communiter assignantur  
*communicatum aut suspensum, privatum*  
*sub excommunicatione Jure vel offi-  
cio incurrenda &c.* Ferenda autem sen-  
tentiæ verba talia censentur: *quibus pro-  
bitur, excommunicetur, ab officio suspende-  
tur &c.* quod si dubia sint verba, etiam  
tiores parem interpretari conveniunt *pen-  
ff. de Penis. c. 29. de R. l. m. c. 1.* et  
potius *ferenda*, quam *lata* sententiæ  
furam indicare judicentur, cuiusmodi verba  
ambigua sunt: *prohibemus sub inter-  
nacione excommunicationis, sub pena  
suspensionis anathema sit &c.* nisi ex con-  
textu verborum, vel qualitate materiarum  
aliis Canonibus constat de mente legisla-  
toris, quod per talia verba voluerit censuram  
*latam* sententiæ denotare, prout in *Con-  
Trid. in hæreticos eorumque errores legimus*

*Anathema* dicitur, quod de censura lata sententiae intelligendum esse, satis ex aliis iuris locis, ut toto tit. de Hereticis & ex Bulla *Cana Domini* apparet. Censura *bonitatis* etiam subdividitur in eam, quae alicui certae personae nominatim, & in specie infligitur, & in eam, quae per generalem sententiam indeterminatè profertur, tales generales sententiae olim quandoque imponebantur pro futuris culpis, ut si quis furtum fecerit, excommunicatus sit, vel etiam pro culpis iam praeteritis, si satisfactio pro iis intra certum tempus non esse secuta. Verùm in c. *Romana* s. §. *caveant. h. t. in 6.* prohibentur censurae & sententiae (intellige extra Canonem, & statutum ordinarium) quae pro futuris culpis, vel pro omiſſa satisfactione culpae praeteritae imponuntur: nisi offensa vel mora in satisfaciendo non tantum timeatur, sed etiam post monitionem praemissam & praefixum satisfactionis terminum actualiter commissa sit. textus in d. c. *Romana. junctâ Gloss. in verbo offensa.*

Solent quoque à nonnullis iudicibus Ecclesiasticis sententiae generales proferri ad finem revelationis, ut vocant, pro rebus deperditis vel subtractis contra eos, qui rem deperditam inventam non restitunt, vel scientes injustum rei alienae detentorem non indicant. Ista sententiae aliquot conditiones requirunt. I. Ut fiant monitionibus praemissis, per quas detektor vel inventor rei alienae constituatur in vera & actuali contumacia. Trid. *sess. 25. de Reform. c. 3. quae sunt monitionibus praemissis &c.* II. Ut ferantur tantum ab Episcopo, non ab inferioribus Prelatis. Trid. *d. loc. an autem Vicarius Episcopi virtute generalis mandati possit talia monitoria & censuras concedere, pro utraque parte DD. & Cardinalium declarationes refert Barb. de Officio Episcopi allegat. 96. n. 6. & 7.* Sed cum in materia gra-

vi & tangente conscientiam versemur, mihi videtur tutior via esse tenenda, ut Vicarius Episcopi sine speciali mandato tales censuras non debeat proferre: nam Concilii Trid. formalia sunt, ut à nemine prorsus praeterquam ab Episcopo decernantur; & quamvis nomine Episcopi regulariter etiam veniat Vicarius, id tamen non semper procedit in negotiis magis arduis, praesertim ubi iura meminerint Episcopi cum aliqua particula restrictiva, ut *ab Episcopo tantum vel à nemine prorsus, quam ab Episcopo &c.* III. Requiritur, ut talia monitoria vel censurae non dentur, nisi in subsidium ordinariae executionis realis, propterea si alia via constare possit de injusto rei alienae detentore, vel res ipsa recuperari, abstinendum erit à censuris, Trid. *ibid. d. c. 3.* IV. Res, pro quibus monitoria conceduntur, non debent esse exigui momenti, quia censura non nisi ex gravi causa ferenda. Quanta autem debeat esse summa ablata vel deperdita, arbitrio Episcopi relinquitur. Refert Riccius in *Praxi aurea p. 1. resolut. 250.* de stylo Curiae Romanae non concedi monitoria cum censuris, nisi summa sit saltem 50. aureorum.

Ceterum autem haec monitoria non obligant ad revelandum vel denuntiandum, qui circa suam aut suorum (contra quos testimonium dicere non cogitur, uti sunt proximi consanguinei, de quibus in *Lib. II. in Tit. de Testibus* dictum) infamiam id facere non possunt; quamvis si rem alienam ipsi non detineant, alio honesto modo, quo fieri potest, scilicet clam vel per tertium restituere teneantur: nec etiam illi ad revelandum obligantur, qui rem non certo sciunt, & saltem per unum contestem probare nequeunt, vel qui jure compensationis rem sine alterius injuria detinent. Et demum tales revelationes non faciunt fidem in ordi-

Uuu uuu ; ne

ne ad inquisitionem, vel poenam criminalem contra denunciatum, unde usus obtinuit, ut monitoris inferatur clausula: *nolumus autem, quod ex revelatione huiusmodi, si eam fieri contingat, nisi pro civili interesse & civiliter tantum agi possit: alias revelatio ipsa neque in iudicio, neque extra fidem faciat.* prout hæc & plura alia, si quandoque casus evenerit, in hac materia legi poterunt apud Barb. *cit. allegat. 96. & Ricc. d. loc. resolut. 244. & seqq.*

36. In specie dividitur censura in excommunicationem, suspensionem & interdictum. *c. querenti. 20. de Verb. sign. sic. at.* irregularitas verò & depositio propriè vel censure non sunt, sed vel poenæ vindicativæ non medicinales, vel defectus aut inhabilitates ad ordines suscipiendos, uti est irregularitas, quæ ex defectu corporis, vel legitimum natalium provenit, hinc etiam habens facultatem absolvendi à censuris, non potest absolvere ab irregularitate vel depositione, quæ dispensationem requirunt.

*Cessatio à divinis* (de qua inferius, ubi de interdicto agemus) factum potius est illorum, qui à divinis cessant, quam quòd sententiam juris & iudicis contineat, & ideo etiam censura non est, neque qui eam violat, irregularitatem incurrit, quam tamen incurrit censuras propriè dictas transgrediens. *c. 1. de Sententiâ & re iudicata in 6.*

§. II.

De Excommunicatione & ejus Effectu.

SUMMARIUM.

- 27. Quid sit excommunicatio?
- 28. Anathema & excommunicatio quomodo differant vel conveniant.
- 29. Excommunicatio dividitur in majorem & minorem: sed nomine excommunicationis simpliciter prolato intelligitur regulariter major.

- 30. Forma & requisita excommunicationis, & quid debeat in scriptis ac cum casu exco- ferri.
- 31. Excommunicatus debet esse de jurisdictione & territorio excommunicantis.
- 32. Si excommunicatio non feratur per nuntium legitimum, sed sententia particulari, potest appellari etiam extra territorium constitutum.
- 33. Sententia cum executione quomodo ferri possit extra territorium?
- 34. Peregrini an ligentur censuris pro aliquo delicto factis?
- 35. Possunt leges in aliquo loco ex aliquo casu ferri, quæ etiam peregrinos sui temporis comprehendant.
- 36. Regulariter tamen huiusmodi censuris non sententur obligari peregrini.
- 37. Communitati excommunicandi non possunt.
- 38. Effectus primarius excommunicationis est privatio communionis Ecclesiæ & dicitur triplex communio.
- 39. Merè interna communio excommunicati non privatur: bene externa.
- 40. Excommunicatus non potest esse iudex, Advocatus, Advocatus, &c. nisi excommunicatus in oculis.
- 41. Ut possit esse testis, solet quandoque prius a iuramento absolvi.
- 42. Esi non possit agere, potest se tamen in iudicio defendere: sed non reconvenire.
- 43. Excommunicatus potest etiam exceptionem non pensationis in iudicio opponere.
- 44. Excommunicationis exceptio in quibus casibus, & post sententiam contra executionem opponi potest: Et si notoria sit, à iudice officio excommunicatus repellitur potest.
- 45. Excommunicatus pro absolutione impetranda potest agere, vel appellare, debet tamen potestatem ad cautelam prius absolvi.
- 46. Quid sit hæc cautela, ad quam datur absolutio?
- 47. Omnis etiam civilis Communio excommunicati negatur: & quæ huius Communio non intelliguntur?
- 48. Quibus casibus Communio cum excommunicato sit licita & quid de causa arbitrii?
- 49. Metus gravis licitam facit Excommunicationem.
- 50. Excommunicatus publicè publicè dicitur non privatus privatum.

ENGEL  
 ...  
 ...  
 ...

51. Tentum illi majorem excommunicationem incurrat, qui communicat cum excommunicato in crimine.
52. Frequenter communicantes sine causa possunt praevia monitione per sententiam excommunicari.
53. Post extravag. Martini V. tantum 2. casibus communicatio cum excommunicato extra crimen prohibetur.
54. Diffa Constitutio ipsi excommunicatis suspensio vel interdictum nullum favorem praestat: unde ipsi Communioni ultrò se ingerere non possunt.
55. Excommunicati tolerati pro favore fidelium retinent exercitium jurisdictionis.
56. Constitutio Concilii Constantiensis praefertur in hac materia Constitutioni Concilii Basiliensis.
57. Excommunicatus privatur usu activo & passivo Sacramentorum.
58. Clerici scientes communicantes cum excommunicato in Divinis Officiis, etiam majorem excommunicationem incurunt.
59. Excommunicatus privatim tenetur orare Horas Canonicas.
60. Excommunicatio reddit inhabilem ad beneficia: non autem privat obentis.
61. Fructus beneficii amittit excommunicatus non ipsa jure, sed privati potest per Iudicem.
62. Extravag. Martini V. etiam locum habet in participatione Sacramentorum: & quomodo hoc procedat?
63. Sine ulla necessitate vel ulla utilitate speciali ab excommunicato non licet petere administrationem Sacramenti.
64. Excommunicati etiam tolerati nullo modo se ultrò possunt ingerere Sacramentorum administrationem: & contra faciendi sunt irregulares, ut n. 68.
65. Qui in censura celebrat vel ministrat in divinis, fit irregularis.
66. Ad hanc irregularitatem incurrendam requiritur actus Ordinis, & scientia censurae.
67. Excusatus & culpa excusatur etiam ab hac irregularitate.
68. Minor Excommunicatio tantum privat usu passivo Sacramentorum.
69. Recedit tamen inhabilem ad dignitatem vel praebendam.
70. Hodie tantum incurritur propter Communionem cum excommunicato: etsi olim etiam per sententiam inferretur.
71. Ab ea, quis absolvat?

**E**xcommunicatio est censura Ecclesiastica, per quam homo Christianus a Communionem Ecclesiae separatur. Haec censura inducta in Ecclesiam creditur tum ex potestate ligandi Ecclesiasticis Praelatis à Christo tradita, tum ex illis verbis *Matth. 18. v. 17. si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, &c.* tum etiam ex facto Apostoli, qui *1. ad Timoth. 1. in fine.* quosdam incorrigibiles Sathanae tradidit: quem locum de excommunicatione interpretatus Divus Augustin. in *c. omnis. 32. causâ 11. q. 3. quia extra Ecclesiam,* inquit, *diabolus est, sicut in Ecclesia Christus: ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab Ecclesia communiōne removetur.*

Censura Excommunicationis etiam alio nomine saepius in Jure *Anathema* dicitur: *Anathema* enim graece in genere significat separationem & divisionem à reliquis rebus; aliquando causâ honoris, prout *Anathema* dicuntur Divorum dona, quae in templis suspenduntur; aliquando & frequentius causâ execrationis, & damnationis, prout haereticus & haeretici, alique peccatores incorrigibiles ab Ecclesia anathematizantur &c. Interim licet *Excommunicatio* & *Anathema* essentialiter non differant, differunt tamen quoad solemnitatem: nam *Excommunicatio* solâ sententiâ Judicis Ecclesiastici in scriptis concepta profertur, *c. 1. h. 1. in 6. Anathema* etiam cum quibusdam caeremoniis ad terrorem aliorum peragitur, quales caeremoniae praescribuntur in *c. debent. 106. causâ 11. q. 3. ut 12.* Presbyteri Episcopum circumstant, & post latam anathematis sententiam lucernas ardentibus, quas in manibus tenent, humi proiciant, & pedibus conculcent; cui solemnitati aliae quoque maledictiones & execrationes verbales addi solent, quas quoad effectum

effectum plus operari, quam simplicem excommunicationem censet Covar. in Relect. c. alma Mater. hoc tit. in 6. p. 1. §. 6. n. 8. & colligitur ex c. nemo Episcoporum. dict. causa. 11. q. 3. hinc etiam est, quod in c. cum non ab homine. 10. de Judicis. contumacia contra Ecclesiam primum excommunicari, deinde vero crescente contumacia anathemate puniri jubeatur.

29 *Dividitur* communicatio in *majorem*, quae simpliciter separat à communione fidelium, & in *minorem*, quae tantum separat secundum aliquid, nimirum à Sacramentorum perceptione, non autem ab alià communione fidelium, aut Ecclesiasticis suffragiis, ut inferius dicemus; si tamen in jure excommunicatio feratur, regulariter de *majori* non *minore* intelligendum est, nisi ex contextu verborum aliter de mente Legislatoris appareat, c. si quem. 59. h. 1.

30 *Forma* excommunicationis est, ut in primis fiat per talia verba, quae sufficienter eam significant, nimirum *te excommunico, à fidelium communione excludo*, & alia similia. Deinde ut feratur in scriptis, & quidem cum causae expressione, quamvis in aliis sententiis judicialibus causa, quae Judicem movit, non solet sententiae inferri, cap. Sicut. 16. de Sentent. & re judicata. Et demum ut exemplum hujus scripturae tradatur excommunicato intra mensem, si tamen excommunicator fuerit requisitus, dict. cap. 1. hoc tit. in 6. Cetera quoque requisita in priori §. de Censuris in genere enumerata, ut monitiones praecedentes, culpa gravitas & contumacia etiam huc pertinent.

31 Præterea is, in quem excommunicatio fertur, debet esse subditus excommunicanti quoad spirituales Jurisdictionem: nam supra jurisdictionem suam, aut extra territorium Jus dicenti impunè non paretur.

*L. ultima. ff. de Jurisdictione.* Dico potest, extra territorium, id est si Episcopus statutum vel sententiam generalem proferat, ut omnes, qui furtum vel aliud grave delictum commiserint, excommunicati sint: hæc censura non afficiet etiam paucos subditos Episcopi, si extra territorium ejus vel territorium tale delictum perpetraverint, c. 2. de Constitut. in 6. Aliud autem est, si excommunicatio non feratur per modum statuti, sed per modum sententiae particularis in certam & determinatam personam particularem contumacem, quae dicitur ratione domicilii quoad spirituales subditos est Episcopo, quamvis hic & tunc extra Diocesim commoretur: talis enim in parte legitime de ejus contumacia in parte potest comparando constet, etiam abiens excommunicari rectè poterit per tradita à Innocentio in c. ult. de Foro competent. n. 4. Aliud differentia inter statutum & sententiam particularem hæc assignari potest, quod statutum cohaereat loco d. c. 2. sententia autem extra territorium subditus etiam in tunc. 11. §. 1. de Clericis non residentibus. 3. Ut lite non contestata.

*Oppones*, sententia cum executione non potest ferri in alieno territorio sine repetitione & licentia Judicis illius territorii. postulasti. 14. de Foro compet. sed excommunicatio est sententia cum executione, quae statim privat excommunicatum à communione fidelium Sacramentis, & Ecclesiasticis suffragiis, ergo in alieno territorio ferri non potest. 3. Ad majorem, illam tantum executionem prohiberi in alieno territorio, quae factum hominis requiritur eodem territorio peragendum, & verum circa res externas visibiles, ut si quis in alieno territorio personaliter capti, vel de temporalibus privari deberet, non autem



perillam, quæ sit sine facto hominis per ipsam legem, & in rebus invisibilibus, ut est excommunicatio, per hanc enim non turbatur aliena jurisdictio, sicut per priorem, prout similis instantia etiam est de infamia, quæ absens contumax per ordinarium suum iudicem rectè notari potest, si ita qualitas delicti postulet.

14. Alia est difficultas, an generali statuto alicujus Diocesis, quod certum aliquod delictum sub excommunicatione *lata sententia* prohibet, obligentur etiam peregrini & forenses, qui ibi transeunt, & tale delictum committunt.

Pro affirmativa facit, quod ratione delicti aliquis efficiatur de jurisdictione illius loci, ubi delinquit, quamvis de cetero alienigena sit. *c. ult. de Foro compet. l. r. cum auth. quæ in provinciâ. Cod. Ubi de criminibus agi oporteat*, sed omnes, qui sunt de jurisdictione Episcopi excommunicantis, incurunt censuram per statutum ejus prolatam, si delictum sub excommunicatione prohibitum perpetrant, ergo, &c. Et ita docet Gloss. *in c. a nobis. 21. in verbo subditi. h. t.* Contra negativam docet Paulus Laym. *c. 4. n. 4.* per text. *in d. c. a nobis.* ubi deciditur, quod statutum ferens excommunicationem tantum subditos obliget, peregrini autem licet ob delictum habeant locum in foro delicti, si contra jus commune, naturale aut Divinum delinquant, non tamen sunt proprie subditi illius loci, nec etiam particularibus locorum statutis, per quæ transeunt, regulariter obligantur. *¶ &*

15. *Dico I.* si peregrini ignorent censuram, quamvis sciant actum, cui censura annexa est, per se esse prohibitum, excusantur à censura, quod est contra Gloss. *in d. c. a nobis.* probatur tamen *ex cap. 2. de Constitut. in 6.* & ijs, quæ in §. precedenti de contumacia tradidimus.

ENGEL IN DECRET. LIBER V.

*Dico II.* sicut in qualibet republica possunt certæ leges ferri ob bonum commune alicujus loci, quæ etiam peregrinos comprehendant, uti sunt leges vectigalium, prohibitio de non extrahendo frumento, gestandis armis, aut vendendis prohibitis mercibus, &c. ita etiam nihil opponitur, quin Episcopus ex certa aliqua causa talem censuram statuere valeat, quæ etiam peregrinos perstringat, si eorum peccatum cedat in speciale scandalum, vel damnum suæ Diocesis, prout in quibusdam locis sub excommunicatione prohibitum est, ne videntes thesaurum Ecclesiæ, aut celebres bibliothecas quidquam de rebus sacris, reliquiis Sanctorum, aut libris clam furripiant.

*Dico III.* regulariter & in dubio, quando non satis constat, an intentio vel causa fuerit in lege comprehendi peregrinos, eos juxta posteriorem sententiam probabiliter excusari posse à censura per text. *in d. c. a nobis. junctâ Gloss. in c. que contra. 2. in verbo, peregrini. dist. 8.* Cum enim leges accipi debeant de casibus dubitatis. *l. 1. §. 2. ff. Ad Municipalem,* sanè nisi dict. *c. a nobis.* intelligatur de peregrinis, sed potius juxta expositionem Glossæ *ibid.* de illis, qui prorsus sunt extra Diocesin Episcopi, non fuisse ratio dubitandi, quia nemo Episcopus tam ignarus credendus est, ut putet, se posse etiam in aliena Diocesi leges & statuta ferre. Magis hæc declarari poterunt de ijs, quæ in materia *de legibus & in Lib. I. Decretal. in tit. de Constitut.* circa peregrinos an & quatenus legibus locorum, quæ transeunt, teneantur, tradi solent.

Illud etiam hic adnotari potest, quod Universitates, Capitulum, Monasterium, vel Collegium quodcumque collectivè sumptum simul excommunicari non possit: sed illi nominatim & in specie, qui ex tali Collegio nocentes & rei fuerint, ne aliis innoxij hæc

XXX XXX

penit

penam excommunicationis, quae est maxima in Ecclesia, afficiantur, *c. Romana. s. h. f. in 6.* Interdictum autem in totam aliquam communitatem, terram, vel civitatem, licet ibidem plures innocentes sint, recte proferri, inferius dicemus.

38 *Effectus* excommunicationis est generalis, quod priver excommunicatum communione fidelium. Haec verò communio fidelium triplex à DD. assignatur, merè interna, merè externa, & mixta. *Mere interna communicatio est,* quâ fideles per fidem & charitatem inter se & cum Christo uniantur, ac per istam unionem quilibet per privatam suam devotionem non tantum pro seipso, sed etiam pro altero aliquid apud Deum de congruo promereri potest, juxta illud *Psal. 118. v. 63. particeps ego sum omnium timentium te, &c.* & illud *Genes. 18.* ubi Deus propter decem justos in civitate Sodoma voluit parcere alijs peccatoribus. Hâc autem merè internâ communione non privatur excommunicatus, quin abolitâ culpâ peccati per contritionem etiam ante absolutionem pro se ipso apud Deum promereri valeat, & alij fideles in privatis suis orationibus illius memores esse possint. Et licet publica sacrificia, vel collectas nomine Ecclesiae pro excommunicato offerre concessum non sit, quia communibus Ecclesiae suffragiis privatus est, ex privata tamen & propria intentione non prohibetur Sacerdos in *memento* pro excommunicato orare, sicut docet Silvest. *in verbo. Excommunicatio. §. 1. n. 20. Mere externa communicatio* consistit in communione fori judicialis, & alio externo fidelium commercio, colloquio & convictu.

40 Hinc I. excommunicatus non potest esse iudex, *c. ad probandum. 24. de Sent. & re judic.* quamvis autem hic textus tantum de iudice delegato & in causa Ecclesiastica loquatur, idem tamen generaliter de iudicibus

etiam secularibus communiter sentitur DD. *arg. cap. penult. causa 15. q. 6. ubi fideles excommunicatorum, quamdiu in excommunicatione perseverant, ab eorum obedientia, fidelitate, & consequenter etiam jurisdictione absolvuntur, & quia iudicis excommunicati jurisdictione suspenditur, ideo etiam, quæ vi jurisdictionis agitur, irrita censentur. A. ad probandum.* siquidem excommunicatio notoria sit, si verò occulta, & communium hominum opinione iudex pro non excommunicato habeatur, acta eius propter communem hominum errorem, qui non debetare tam gravi decipi, sustinentur, *Gloss. in eod. cap. ad probandum. verbo, non obstat. us.* Textus notabilis in *L. Barbarus. de Officio pratoris.*

II. Excommunicatus non potest esse Notarius, & tabellio, & si de factio instrumentum fecerit post excommunicationem, illud rejiciendum est, nec fidem in iudicio meretur. *Zoëf. hoc tit. n. 98.*

III. Excommunicatus non potest esse vocatus, Procurator, vel testis pro alio *c. decernimus. 8. h. tit. in 6.* Ad testamentum quod attinet, ne causa testium deperat, solet testis excommunicatus per *cautelam* absolvi, & ita eius testis non recipi, *cap. veniens. 38. in fine de Testam. Gloss. in dict. c. 8. in verbo, testis fidei.*

IV. Excommunicatus non potest pro se ipso agere in iudicio *d. cap. decernimus.* conveniri tamen tanquam reus & debitor in iudicio, ibique se defendere non potest: tum ne propter excommunicationem reporter commodum, si creditoribus suis respondere vel satisfacere non tenetur; tum etiam quod legitima defensio naturæ concessa non auferatur per excommunicationem, ideo etiam excommunicatus in iudicio conventus suas exceptiones proponere, appellare, iudicem suspellere

ENGEL

III

dicere non prohibetur: reconvenire autem actorem super alia causa in eodem iudicio non potest, quia reconventio non est exceptio, sed actio, *c. cum inter. 5. de Except.*

An autem excommunicatus in iudicio possit objicere exceptionem compensationis, si actor ex alia causa sibi aliquid debeat, dubitari potest ex eo, quod excommunicatus non possit petere in iudicio, sed tantum se defendere, compensans vero censetur petere, per text. in *L. si quis. 14. junctâ L. seq. ff. Reus ratam haberi.* Probabilis tamen videtur cum Zoël. *h. tit. n. 94.* etiam exceptionem compensationis ab excommunicato opponi posse, potest enim excommunicatus opponere exceptionem solutionis, & quamlibet aliam peremptoriam, *d. c. 5.* ergo etiam exceptionem compensationis, quia hæc etiam est peremptoria, & vim solutionis habet: *dedisse enim intelligendus est, qui compensavit, ait Jurisconi. in L. dedisse. 76. ff. de Verbor. signif. L. si debitor. 4. ff. Qui potior es sint in pignore. L. 4. C. de Compensat.* adeo ut etiam ei, qui juravit se soluturum, exceptionem tamen compensationis tribuat. *Fach. lib. 1. Controversi. c. 7.* Non obstat textus in *allegat. LL.* quia ibidem non dicitur, quod opponens compensationem censetur actor in iudicio, & per viam actionis petere, sed tantum censetur contravenire pacto *de non petendo*, si quod prius debitori fecisset.

44. Cæterum excommunicationis exceptio, quamvis *dilatoria* tantum sit, nihilominus in qualibet parte litis opponi potest, dummodo extipiens intra 8. dies excommunicationem probare valeat: imò si excommunicatio notoria sit, iudex etiam ex officio, & adversario non petente excommunicatum repellere potest, *cap. exceptionem. 12. & cap. 1. de Except. in 6.* Si verò de excom-

municatione oppositum non fuerit ante sententiam, valebunt quidem acta judicialia unâ cum sententia (nisi iudex ipse excommunicatus fuisset, tunc enim defectu jurisdictionis sententia corrueret, per superioris dicta) contra executionem talis etiam sententiae adhuc excommunicatio objicit, & ita ipsa executio impediri posset, *cap. 1. de Except. in 6.*

Sed quid si excommunicatus velit pro sua 45 absolute agere, & in illa causa, ob quam est excommunicatus? *xy.* Nisi ipse excommunicator velit absolvere debite ab excommunicato requisitus, posse excommunicatum ad superiorem excommunicantis, scilicet Archiepiscopum, Legatum Pontificum, vel ad ipsum Pontificem appellare, qui superior debet appellantem excommunicatum absolvere *ad cautelam*, etiam si excommunicator vel adversarius, ne absolvatur, se opponat; nisi excommunicator dicat, quod pro manifesta offensa seu excessu tulerit excommunicationem: tunc enim ad probandam hanc manifestam offensam terminus octo dierum (vel alius pro distantia loci, quia hodie de stylo Curiarum omnes ferè termini sunt arbitrarij) conceditur, si que offensa manifesta probata fuerit, non erit danda absolutio, antequam excommunicatus emendam, sive satisfactionem præstiterit. Si verò dubia fuerit offensa, & aliquo modo excusabilis videatur, non erit absolutio *ad cautelam* deneganda, prout hujus rei decisiones sunt ad praxin valde notabiles in *cap. quâ fronte. 25. de Appellat. & cap. per suas. 40. h. t. & in cap. 2. eod. tit. in 6.*

Porro nomine *cautela*, ad quam datur 46 absolutio, intelligitur illa cautio *de iudicio sisti, & iudicatum sibi*, quæ solet à litigantibus



tibus ad ingressum litis præfari secundum Ecclesiæ cujuscunque consuetudinem, *d. c. per tuas*, de qua cautione etiam diximus in Libro II. in tit. *de Jurejurando*. in §. 2. in princ. ubi aliquando hanc cautionem per fidejussores & pignora aliquando per juramentum præfari, aliquando prorsus omitti, ut in possessionibus immobilium bonorum tradidimus.

47 V. Propter privationem communionis *merè externa* prohibita est excommunicatio cum fidelibus, & fidelibus cum excommunicatio omnis humana politica & civilis communio vel societas, quæ fit per verba, signa, literas, commercia, cohabitationem vel amicitia signa, ut amplexus vel salutationes, quæ omnia his versiculis comprehenduntur.

*Os, orare, vale, communico, mensa negatur.*

*Os*, id est osculum vel collocutio, *Orare*, participatio in divinis, de qua inferius, *Vale*, salutatio vel familiaritas quæcunque juxta præceptum S. Joan. epist. 2. ibi: *nec Ave ei dixeritis, &c.* *Communico*, commercium vel contractus cum excommunicato; validos tamen esse tales contractus, quamvis non licitos docet Panorm. in c. *veritatis*. 8. de *Dolo* & *contumacia*. n. 35. *Mensa*, cohabitatio in eadem Camera & convictus juxta illud Apostoli. 1. ad *Corinth.* 5. *cum ejusmodi nec cibum sumere &c.* si eut prædictum versiculum declarat Silvester. in *verbo excommunicatio*. §. 5. n. 2.

Sunt tamen aliqui casus excepti, in quibus *communico merè externa* cum excommunicatis permittitur, eosque Gloss. in c. *cum desideres*. 15. h. t. & Silvester. d. l. n. 4. memoria causa hoc versiculo complectitur.

*Utile, lex, humile, res ignorata necesse.*

Itaque I. propter *utilitatem propriam* potest aliquis communicare cum excommunicato, exigendo ab illo debita, ne ex supra lucrum reportet. c. *si vero* 34. h. t. Et quamvis aliqui DD. valde generaliter differenter utilitatem pro causa communionis allegent; Juri tamen conformis est non nisi ex magna utilitate, quæ sit conjuncta cum aliqua necessitate communionem permittam esse, ut in subsidio corporali vel spirituali, quo aliquis indiget, nec ad aliam quam excommunicato facile habere potest vel si ad illam utilitatem excommunicatus jam prius ex contractu, vel alia causa obligatus fuerit: alias enim gratis fuissent interdicia commercia cum excommunicato prætextu *utilitatis* tota prohibitio de communicando cum excommunicato sine eluderetur, sicut etiam insinuat Silvester. d. l. n. 4. Propter utilitatem quoque *hominum* ipsius excommunicati cum eo communicare licet, ut si quis ei in his, quæ ad solutionem vel saltem ipsius anime pertinent, colloquatur, quamvis incidere etiam alia extranea immisceat, c. *cum voluerit* 43. h. t. quæ ratione etiam prædicta ubi Divini publica coram excommunicato permittitur in c. *responsio*. 43. hoc tit.

II. *lex conjugalis* facit, ut conjuges invicem communicare possint, quamvis alteruter excommunicatus sit c. *quoniam* 103. causa 11. q. 3. & c. *inter alia* hoc tit.

III. *humile*, id est humilitas subjectionis, quam debent liberi erga parentes, & erga Dominum, Religiosi erga Prælatum Clerici erga Episcopum, facit, ut hi communicentur cum excommunicato superiore, si prius eis licitum erat, communicare, immo modò cum istis non etiam communicentur ipso crimine, propter quod excommunicatus

tio lata est, *dict. cap. quoniam multos. juncto. inter alia. hoc tit.*

IV. ignorantia, quae non sit crassa & supina vel affectata, sive *juris* sit, ut quia aliquis ignorat legem prohibentem communionem, sive *facti*, ut quia ignorat censuram latam vel contractam esse. V. demum propter necessitatem excusatur, qui alimenta sua, aut quaecunque necessaria, quae aliunde de facili habere non potest, ab excommunicato petit, vel ejus consortium evitare non potest, *d. c. si verè. 34. hoc tit.*

49 Utrum verò excusetur, qui cum excommunicato communicat ob solum timorem, diximus, *in Lib. I. tit. De his, quae vi, metusve causa sunt.* ubi etiam responsum affirmativum dedimus, si metus ipse gravis sit, nisi simul communicatio cum excommunicato petatur in contemptum Ecclesiae. Quod si nulla adsit communionis causa, vitandus est excommunicatus, et si excommunicatio sit publica & notoria, evitari debet publicè: privatim verò, si privatim tantum fuerit cognita, *c. cum non ab homine. 14. h. t.* Porro qui sine justa causa cum excommunicato communicat, quanvis de jure antiquorum Canonum eandem cum excommunicato, scilicet majorem excommunicationem videatur incurrisse, per *c. excommunicatos. 17. cum seqq. causa. 11. q. 3.* postea tamen aliter constitutum & declaratum est per Pontifices, ut tantum illi incurrant, majorem excommunicationem, qui cum excommunicato, excommunicant, sive participant *in crimine*, hoc est, qui ipsi consilium, auxilium vel favorem praestant in illo delicto, propter quod excommunicatus est: hujusque excommunicationis absolutio ad eum pertinet, qui alteram excommunicationem tulit, ob quam ista contracta fuit, *c. nuper. 20. & c. si concubina. 55. h.*

*tit.* Alij verò, qui cum excommunicato communicant extra crimen, ut in aliquo commercio, colloquio, vel convivio, *in 1720. rem* tantum excommunicationem (quae solum privatim passivo usu seu perceptione Sacramentorum non alia communione fidelium, ut inferius dicemus) contrahunt, & ex plurium sententia peccatum tantum veniale committunt, nisi nimis frequens communicatio excommunicatum pertinaciter redderet, quo casu etiam nonnunquam mortalis culpa committitur.

Potest etiam aliquando Episcopus eos, *52* qui cum excommunicato nimis frequenter communicant sine justa causa, vel quorum communicatio nociva & suspecta timetur, per specialem sententiam majori excommunicatione innodare, dummodo id faciat trinam monitione, vel (si periculum in mora sit) una pro tribus cum intervallo aliquot dierum praemissa, & insuper eos, qui monentur, nominatim facta ad valorem talis censurae expresse requiritur *in c. statuius. juncto. c. constitutionem. & c. statutum. h. t. in 6.*

Verum hodie ob communicationem cum iis, qui excommunicationem *juris* incurserunt, rarius *minor* excommunicatio contrahitur: quia in Concilio Constantiensi circa annum 1414. facta est quaedam *Constitutio*, postea à Martino V. edita (unde & *Extravagans Martini V.* vocatur) & à Leone X. in *Consilio Lateranensi* confirmata, quae incipit: *Ad evitanda scandala &c.* ubi prohibitio non communicandi cum excommunicatis ex parte fidelium innocentium generaliter sublata est, exceptis duobus casibus: nimirum *primo*, si excommunicatus publicè fuerit à suo Judice Ecclesiastico tanquam excommunicatus denunciatus & proclamatus. *Secundo* si quis ob sacrilegam manuum injectionem in

Xxx xxx 3 Cleri-

Clericum excommunicationem Canonis notorie incurrit, ut factum ejus nulla tergiversatione celari possit & nullo Juris suffragio excusari. In his ergo duobus casibus omnia illa locum habent, quæ hæcenus de evitacione excommunicatorum diximus.

54. Additur verò in eadem constitutione: *per hoc autem non intendimus ipsos excommunicatos, suspensos vel interdictos in aliquo sublevare, vel quomodolibet eis suffragari.* Quare per hanc Constitutionem ipsi censurati directè nullam gratiam consequuntur, nec sine peccato ultrò se ingerere communioni possunt, aut actus jurisdictionis, si judices sint, exercere: nisi fuerint à fidelibus requisiti, in favorem quorum talis communicatio vel jurisdictionis exercitium cedat: quia major est prohibitio, ne excommunicati communicent cum fidelibus, quàm vice versà cum excommunicatis. *cap. illud. §. circa fin. de Clerico excommunicato ministrante.*

55. Ceterum iudex excommunicatus toleratus potest administrare partibus iustitiam, dispensare, absolverè à censuris, & alia facere, quæ in commodum fidelium cedunt. Unde etiam dicendum est, iudicem excommunicatum ante denuntiationem toleratum hodie retinere exercitium jurisdictionis pro commo- & favore fidelium innocentium, qua de re Suar. *de Censuris disp. 14. sect. 2.*

56. Attamen post Concilium *Constantiense* celebratum fuit eodem sæculo circa annum 1435. Concilium *Basiliense*, quod etiam permittit communicationem cum communicatis ante denuntiationem: exceptit verò non tantum percussores Clericorum, sicut Concilium *Constantiense* sed generaliter omnes, qui perevidentiam facti notoriam aliquam excommunicationem incurrisent. Ideoque non desunt, qui cum Syl-

vestro verbo. *Excommunicatio. §. 3. n. 1.* putent, hanc constitutionem *Basiliensem* tanquam Jus posterius derogans prioris verim circa omnes notorios excommunicatos, ut etiam hodie ante denuntiationem vitari debeant, observandum esse. Nihilominus Constitutio *Constantiense* magister DD. & generali consuetudine recepta est, utpote à Martino V. & Leone X. confirmata: cum è contra acta Concilii *Basiliensis* à Sede Apostolica confirmata non sunt, imò revocata ab Eugenio IV. exceptis partibus quibusdam Constitutionibus circa causas beneficiales à Nicolao V. approbatis, inter quas non est illa de vitandis excommunicatis notoriis, sicut etiam refert *Lamman, de Excommunicatione. c. 4. n. 1.*

*Mixta* demùm, sive partim exteriori partim interiori communicatio est, quæ in exterioribus actionibus, vel ceremoniis consistens interiori ac spirituali fructum propria institutione continet, quò spectatus tam *activus*, quam *passivus*, ut *collatio, ministratio & perceptio sacramentorum, suffragia*, quæ in sacrificio, aliisque ministeriis officii ad Deum pro universa Ecclesia funduntur, item satisfactiones Christi & Sanctorum, quæ ex communi Ecclesie thesauris per indulgentias fidelibus applicantur. Ergo communiōe etiam privatur excommunicatus, ut in primis sacramenta suscipere, vel administrare sine peccato mortali non possit; valent tamen suscepta vel administrata, excepto sacramento Penitentiae, quod ob censuram excommunicationis, nisi præmissa absolutione, invalidum redditur: nam respectu suscipientis quoad hoc Sacramentum est indispositio, quia non potest prius à peccatis quam à censuris absolvi; respectu verò administrantis est defectus jurisdictionis, quæ eodem per seculo

ram aufertur. In necessitate tamen vel mortis periculo administratio vel perceptio sacramentorum excommunicatis permittitur, quia hoc casu pia Mater Ecclesia, nolens mortem peccatoris, nullum censuram referavit; quin à quolibet sacerdote etiam excommunicato, quibuslibet censuratis & peccatoribus absolutio sacramentalis licite & valide impendi possit, *Trid. sess. 14. de Sacram. Pent. c. 7.* Deinde excommunicatus privatus omnibus Ecclesiarum suffragiis & indulgentiis, ut pro eo publice orare, vel sacrificare non valeat. Imò cum Missæ sacrificium aliæque Divina officia in Ecclesia celebrantur, excommunicatus interesse non debet, & si monitus non decesserit, novâ excommunicatione Papæ reservatâ afficitur. *in Clement. graviss. 2. h. t. postestque operâ aliorum fidelium de Ecclesia violenter expelli, arg. c. ventens. 16. h. t. & Clerici scienter recipientes excommunicatos ad Divina officia majorem excommunicationem incurunt. c. significavit. 18. hoc tit. alii verò Laici simul in Ecclesia existentes, si excommunicatus exire nolit, vel expelli non possit, tenetur ab eo discedere, & sacerdos, qui necdum Canonem Missæ incepit, Divinum officium intermittere: quia cum excommunicato in oratione communicare prohibitum est. c. nuper. 29. & c. respons. 43. h. t. non tamen sub pena majoris excommunicationis, nisi in illo casu, quo Clerici scienter & voluntarie recipiunt excommunicatum ad Divinum officium. Concoctiones verò audire, vel privatim in Ecclesia orare, quando non celebrantur Divina officia, nec alii fideles conveniunt ad communem orationem, non prohibetur excommunicatus. *dict. c. respons.* Quod si excommunicatus sit Clericus, qui ratione Ordinum vel beneficii tenetur ad horas Canonicas, non deobligatur, quin eas etiam durante excommunicatione privatim per-*

solvere teneatur, ne ex suo delicto commodum reportet. *Panorm. in c. 2. de Clerico excommunicato. Suarez. de Censuris disp. 12. sect. 1. & 2.*

Præterea excommunicato hæc mixta & spiritualis communicatio cum fidelibus, 60  
omnèque Divinum Officium publicum ac exercitium Ecclesiastici muneris prohibitum est, ideo etiam ad omne beneficium inhabilis & incapax redditur, ut ejus presentatio, institutio, electio vel confirmatio ipso jure invalida censeatur, nec beneficium vel dignitatem tutâ conscientia retinere possit. *c. postulasti. 7. & c. ubi. de Clerico excommunicato.* Si verò excommunicatio post beneficium semel legitime adeptum supervenerit, non propterea illo beneficio privatur excommunicatus. Licet autem fructus beneficiales tali excommunicato subtrahi possint, ut tanto magis ad satisfactionem & absolutionem petendam urgeatur, *c. pastoralis. 53. §. verum. de Appellat. probabilius tamen & verbis cit. c. pastoralis.* 61  
conformius est, hos fructus non amitti ipso jure propter solam censuram, sed primum per sententiam judicis, sicut docet Gloss. *in d. §. verum. in V. subtrahantur.* nisi fructus specialiter dentur propter certum Officium Divinum vel Ministerium, quod excommunicatus tempore excommunicationis per se vel per alterum nequeat adimplere. *Quæres, an hodie per Concilium Constantiense Extravagantem Martini V.* 62  
circa istam mixtam communionem aliquid immutatum sit? *¶.* Ex communi & recepta DD. sententia per *cit. Extrav.* non tantum in profanis, sed etiam in spiritualibus concessam esse communicationem cum excommunicatis, qui denunciati aut notorii Clericorum percussores non fuerint: ut proinde fideles etiam ab excommunicatis sacerdotibus nondum denunciatis sacra petere, & reci-

& recipere possint. Quod tamen ita temperandum erit, ut procedat, si quis rationabiliter existimet & præsumat sacerdotem excommunicatum per contritionem à peccato recessisse, & paratum esse ad absolutionem petendam, quamvis eam necdum obtinuerit: alias enim, si quis sciat, vel moraliter credere & intelligere possit excommunicatum in contumacia & peccato persistere, non licebit extra casum necessitatis ab eo sacramenta petere, & ei ita occasionem ad sacrilegè ministrandum offerre &c. Volunt quoque non pauci DD. tunc demum rectè peti sacramenta ab excommunicato, si alius non adsit, nullà censurà innodatus, qui aequè faciliter & utiliter administrare valeat, ut videre est apud Suar. *de Censur. disp. 11. sect. 4. n. 10.* & Sanch. *de Matr. lib. 7. disp. 9. n. 7.* Licet verò ipse Sanch. *cit. loco. n. 8.* probabilius censeat, ex vi Constitutionis Constantiensis generaliter loquentis indifferenter sine qualibet necessitate ab excommunicatis peti posse sacramenta: prior tamen sententia magis tuta & verior videtur, non quidem ex illa ratione, quam aliqui assignant, quòd petens sacramenta ab excommunicato cooperetur ipsius peccato, & ad peccatum invitet eum: quia negari potest suppositum, quòd excommunicatus administrando sacramenta peccet, si prius per contritionem se à culpa purgaverit, & à contumacia recesserit, fueritque à fidelibus requisitus, cum ad requisitionem fidelium non denegetur excommunicatis in sacris & profanis cum iisdem fidelibus communio; non, inquam, hæc ratio convincens est, sed potius ratio indecentiæ, scandali & contemptus censurarum ordinariè consequens, si excommunicatis & ab Ecclesia præcisus sine omni necessitate ad cuiuslibet requisitionem sacramentorum administratio concedatur: quod utique non fuit

intentio Concilij Constantiensis. In vobis leges interpretanda sunt, ut non *intendat verbis, sed verba intentioni referantur, c. secundo requirit. 41. de Appellationibus. l. scire leges. 17. ff. de Legibus.* Item ut ab excommunicato iure petantur sacramenta, non requiritur necessitas extrema, ut si quis moribundus petat baptismum vel absolutionem, sed etiam communis, vel magna utilitas sufficit, maxime circa pœdichum, quia alias obligatus est ad sacramenta fidelibus ministranda, ut si die festo pœdichiani missa carere deberent, siinger petat Eucharistiam.

Notandum autem semper dico, excommunicatos non denunciatos communicatos posse in spiritualibus cum fidelibus, si ab illis fuerint requisiti; quia ut superius dictum per Concilium Constantiense ipsi excommunicatis directè nulla gratia facta est, ab quoque non requisiti sacramentorum administrationi, vel alteri fidelium communicato nullatenus ingerere possunt, absque peccato gravi mortali, si de spiritualibus & administratione sacramentorum loquamur, nec beneficium aliquod Ecclesiasticum validè recipere, tamen denuntiati non sunt. *c. p. p. 1. 7. & ibi Barb. n. 7. de Clerico excommunicato.* Alia est questio, an & quomodo sacerdos vel Clericus excommunicatus ministrans vel ministrans in Divino Officio irregularis, & quid hodie post Concilium Constantiense? *De Jure Commun. Clericum excommunicatum, suspensum, vel interdicitum, vel in loco interdicitum celebrantem, vel in Divinis Officiis ministrantem contrahere irregularitatem, à qua non potest nisi per summum Pontificem absolvi, c. 1. de Sem. & re iudicata. in 6. cap. si quis. h. 1. in 6.* Et quamvis hi duo textus non quantur in specie de censura excommunicati-



tionis, sed tantum suspensionis, & interdicti, ac in tit. *de Clerico Excommunicato*, excommunicati ministrantes, si incorrigibiles fuerint, per sententiam jubeantur deponi, & nihil ibi de irregularitate ipso jure contracta dicatur: nihilominus unanimes est omnium DD. sententia idem quod in suspensione & interdicto, multo magis in excommunicatione majore procedere, quia excommunicatio major in se complectitur suspensionem & interdictum personale, qui enim excommunicatus est, ab officio quoque spirituali hoc ipso suspensus & interdictus est, & semper gravior culpa reputatur excommunicatum ab Ecclesia præcibus, quam suspensum ministrare. Idque satis confirmatur ex *c. si quis. 7. causa 11. q. 3.* & clarius ex *c. ult. de Clerico excommunicato*, ubi Pontifex dicit, quod ligatus minori excommunicatione, si celebret, non incurrat irregularitatem: ergo manifeste colligitur, aliud esse de celebrante in majore excommunicatione, quod irregularitatem incurrat.

66 *Dico autem, Clericum celebrantem vel in Divino Officio ministrantem fieri irregularem: quia tantum actus ordinis sub hac poena prohibiti sunt, non item actus jurisdictionis, vel alij Ecclesiastici, quamvis etiam illi durante censura illicite exercentur. Non ergo erit irregularis Episcopus, qui excommunicatus beneficium confert, causas judiciales audit, &c. beneficiatus, qui fructus beneficij percipit, Parochus, qui matrimonio assistit absque solemnibus & sacerdotali benedictione: quia in matrimonio Parochus non requiritur tanquam Minister, sed tanquam testis excellens, Zoëf. ad tit. de Clerico excommunicato. n. 16. Excusantur quoque ab irregularitate, quorum celebratio culpabilis non est: quia hæc irregularitas est poena magna, quæ non nisi ob gravem culpam infligenda; ut qui in casu necessitatis,*

& periculo mortis constitutus Sacramenta ministrat; qui censuram occultam habentes celebrationem sine infamia omittere nequeunt; qui censuram latam ignorant, & probabiliter etiam, qui de ea rationabiliter dubitant: nam licet in dubio tutior via sit tenenda, ut potius à celebratione abstinere deberet dubitans, non tamen poena irregularitatis à Canonibus in illos lata, qui scienter post excommunicationem celebrant, videtur ad dubitantes extendenda, cum poenæ sint strictæ interpretationis, optimus textus in *c. illud. 5. de Clerico excommunicato*. Quod si irregularitas contracta per celebrationem vel ministratorem non fuerit notoria, sed occulta, hodie post Trident. *sess. 24. de Reformat. cap. 6.* etiam Episcopo dispensatio conceditur.

Porro post Concilium Constantiense, si 68 Clericus non requisitus ultra se ingesserit Divinis Officiis, contrahit irregularitatem, sicut prius; quia ut superius dictum, ipsis excommunicatis nulla gratia facta est. Secus autem si à fidelibus iusta de causâ requisitus fuerit: tunc enim extra culpam, consequenter & irregularitatis poenam est. Si dubitaretur, an adsuerit sufficiens causa ad celebrationem, postquam celebrans fuit à fidelibus requisitus, crederem, eum probabiliter ab irregularitate excusari posse propter auctoritatem Sanch. superius citati & aliorum asecularum, qui solam requisitionem sine iusta causa ad celebrationem & evitacionem irregularitatis sufficere putant. Etenim ad præcavendum peccatum ab initio quidem tutior via tenenda est, post actum verò patrati ad minuendam poenam favorabilior sententia nonnunquam est recipienda, teste Covar. in princip. *Relict. Clement. si furiosus de Homicidio. n. 9.*

Hactenus de principalioribus effectibus 69 majoris excommunicationis dictum. Minoris

ris excommunicationis is effectus est precipuus, quod privet usu *passivo* Sacramentorum, & eâ ligatus sine peccato (quod DD. communiter mortale censent tanquam contra prohibitionem in re gravi) non possit ante absolutionem aliquod Sacramentum percipere, neque matrimonium contrahere, quia & ipsum Sacramentum est. Usu autem *activo* seu collatione Sacramentorum minor excommunicatio directè non privat, neque irregularis efficitur, qui eadem ligatus celebrat, vel Sacramenta administrat. *c. ult. de Clerico excommunicato*. Quia tamen aliqua saltem irreverentia censetur, excommunicatione minori ligatum sine rationabili causa Sacramenta dispensare, priusquam absolutionem impetret, ideo propter hanc irreverentiam, quamvis non ad eò magnum peccatum, saltem veniale committere conferentem Sacramenta, magis communiter DD. & Interpr. *dict. cap. fin.* concludunt per illa verba in *eodem c.* posita, peccat autem conferendo Sacramenta &c. Videantur cit. apud Barb. in *eod. cap. ult. n. 6.*

70 Ex hoc autem principaliori effectu minoris excommunicationis alius quasi subordinatus consequitur, quod nimirum hâc censurâ ligatus non possit eligi vel assumi ad aliquam dignitatem, vel ecclesiasticam præbendam: eò quod beneficiati præsertim Sacerdotes debeant suscipere Sacramenta; talis autem excommunicatus sit à susceptione Sacramentorum remotus, ideoque scienter facta electio minore excommunicatione ligati de Jure irritanda est. Eligere tamen vel conferre beneficia non prohibetur: quia minor excommunicatio non privat communionem fidelium vel jurisdictionem. *d. c. ult. & c. de illa. 39. de Electione.* qua de re in *Lib. 1. in tit. de Electione* tractari solet.

71 Cæterum excommunicatio minor incurritur, si quis in casu prohibito cum excom-

municato scienter communicarit, ut dictum superius; Jure verò antiquorum Canonum minor excommunicatio etiam celebrare, quæ alicui per sententiam interdicatur quæ particularis tantum quosdam effectus, præsertim à communionem altaris ad certum tempus removebatur *cap. ult. junctim c. causa. 3. q. 4.*

Absolvere ab hac censura quoad forum tertium potest quisvis legitimus Conciliarius: quoad effectus fori externi & competentem electionem ac beneficiorum ordinatum Judex Ecclesiasticus. Plura de absolutione & excommunicatione etiam ab ea, quæ non recussione Clerici incurritur & generatim ab aliis censuris tradem<sup>9</sup> inferius in *ult. tit.*

## §. III.

## De Suspensione &amp; Interdicto.

## SUMMARIUM.

73. Quid sit suspensio.  
 74. Dividitur in suspensionem ab officio & ab officio & a beneficio.  
 75. Suspensio ab officio per se non continet suspensionem a beneficio, & contra, hinc utitur utriusque, & si suspensio sit perpetua.  
 76. Nec suspensio ab Ordine est suspensio à jurisdictione.  
 77. Suspensio simpliciter ab Officio ab Ordine est revocatio suspensio censuræ.  
 78. Suspensio à beneficio per se non continet suspensionem à jurisdictione, sed tamen perdit beneficium irregulari, sed tamen perdit beneficium.  
 79. Et si in dubio Episcopus suspendens à beneficio sciatur suspendere à beneficio tantum si in casu, potest tamen suspendere etiam a jurisdictione alibi obtenta.  
 80. Clericus ab Ordine vel Officio suspensus non pro tali est habendus.  
 81. Quid sit interdictum Ecclesiasticum, & quomodo differat ab excommunicatione.  
 82. Omnis definitio in Jure particulari.  
 83. Interdictum aliud locale, aliud personale, & quomodo differat.  
 84. Interdictum locale continet in se personalem, eos qui causam interdicti adierunt.  
 85. Interdictio populo non est interdictum Clerici.

- 86. Quomodo in interdictione locali possint comprehendi innocentes.
- 87. Innocentes non nunquam sentire possunt damnum sine culpa, sed non sine causa.
- 88. Quare magis subinde interdictionum feruntur contra omnes quam excommunicatio contra singulos.
- 89. Referuntur quidam casus, in quibus ferri solet interdictionum Ecclesiasticum.
- 90. Quomodo ipso Jure incurritur interdictionum, requiritur tamen sententia declaratoria Judicis Ecclesiastici.
- 91. In causa debiti pecuniarii sine licentia Papa interdictionum ferri non potest: licet alius non requiratur.
- 92. Quomodo Divina Officia hodie tempore interdictionum generales celebrare liceat.
- 93. Quorum sacramentorum administratio tempore interdictionum sit permissa.
- 94. Matrimonium si interdictionum generalis & localis non censetur prohibendum, bene tamen interdictionum specialiter & personaliter.
- 95. Quam tempore interdictionum priventur sepultura Ecclesiastica.
- 96. Interdictum si in loco sacro illicitè sepeliatur, exhumari tamen non debent, si vero est de excommunicatis.
- 97. Religiosi ex speciali privilegio etiam in loco interdictionum sepeliri possunt.
- 98. Pœna Clericorum interdictionum Divinorum celebratione Violantium est irregularitas.
- 99. Quid sit interdictionum ingressus in Ecclesiam, & quem effectum habeat.
- 100. Pœna duntaxat temporalium & aliorum interdictionum Violantium.
- 101. Quomodo Cessatio à Divinis differat ab interdictionum: & quod per eam non prohibeatur sepultura Ecclesiastica.
- 102. Qui cessationem possint indicare.

73. **Suspensio** est censura prohibens Ecclesiasticos uti suis jurisdictionibus, & Juribus Ecclesiasticis: etenim hæc censura, cum non privet communionem fidelium, Sacramentorum perceptione, sed functionibus Ecclesiasticis, proprie tantum Clericos & Ecclesiasticos afficit.

74. **Dividitur** suspensio in suspensionem ab

officio, quâ Clerico executione suorum ordinum, vel aliarum functionum, quæ ipsi ratione Ordinis, aut muneris Ecclesiastici incumbunt, interdicitur: & in suspensionem à beneficio, quâ fructus sui beneficii percipere prohibetur. Utraque subdividitur in totalem & partialem. Totalis est, quâ quis ab omni prorsus officio vel perceptione omnium omnino fructuum suspenditur. Partialis autem, quâ unus spiritualis actus officij prohibetur, ut si Episcopus à collatione ordinum & beneficiorum, sacerdos ab exceptione confessionum suspendatur, vel si beneficiato tertia vel quarta pars fructuum subtrahatur.

Porro censura suspensionis tanquam poena est strictæ interpretationis *c. odia. de R. I. in 6. l. penult. ff. de Pœnis.* & ideo suspensio ab officio per se non includit suspensionem à beneficio, nec vice versâ, ut satis aperte colligitur ex *c. inter solliciti uditores. 10. de Purgatione Canonica,* & docet Navar. in *Manual. Confessorum. c. 27. n. 160.* Suar. *de Censuris. disp. 26. sect. 3. n. 4.* nisi suspensio ab officio esset perpetua, & in effectu depositio, tunc enim saltem per sententiam totaliter depositus, vel suspensus privandus beneficio esset, quia cum beneficium detur propter officium & functiones Ecclesiasticas, qui in perpetuum officio privatus est, merito etiam beneficium amittere debet *Gloss. ad princip. q. 3. causâ. 1. verb. annexa.* ita tamen, ut depositus saltem alimenta ab Ecclesia habeat, ne in opprobrium ordinis Clericalis mendicare cogatur, saltem quamdiu non apparet de ejusdem incorrigibilitate & perseverantia in contumacia, sicut tradit *Gloss. in cap. studeat. 30. in V. & sui. dist. 50. Panor. in cap. pastoralis. 53. l. verum. de Appellationibus, num. 16.* Item si fructus beneficii præcisè percipiuntur propter singulos actus officij, ut propter



pter celebrationem Missarum certarum, ob presentias in Choro &c. tunc qui tale officium per se vel per substitutum implere nequit, ex consequenti etiam fructus beneficii lucrari non potest.

- 76 Propterea ob strictam poenaliu[m] interpretationem suspensus ab ordine non censetur suspensus à Jurisdictione Ecclesiastica, quam ut Judex exercet, & cum ordine sacro necessario connexa non est. Et è converso suspensus à Jurisdictione potest ea facere, quæ merè Ordinis sunt, ut celebrare, in altari ministrari &c. suspensus autem simpliciter ab Officio censetur suspensus tam ab Ordine, quam Jurisdictione, qui officium utrumque complectitur. Suarez. *cit. loco scilicet. 4.*
- 77

Quòd si suspensus ab officio se eidem culpabiliter ingesserit, irregularitatem contrahit. *c. 1. de Sent. & re judicata in 6.* secundum ea, quæ ad finem prioris §. de excommunicato celebrante, vel in Divinis ministrante diximus: nam quæ ibidem circa excommunicatos attentà etiam Constitutione Concilii Constantiensis tradita sunt, ad suspensos ab officio quoque pertinent.

- 78 At verò suspensus à beneficio, si eidem se ingerat, & fructus percipiat, non efficitur quidem irregularis, ex communi tamen sententia beneficium perdit ipso jure *c. cupientes, 16. §. ceterum. de Electione in 6.* Solet proinde suspensus ab officio dari œconomus, qui redditus colligat, & eosdem jussu Episcopi pijs causis applicet, alimenta tamen necessaria beneficiato tribuat. Si Clericus habeat beneficia in diversis Diocesisibus, & ab uno Episcopo suspendatur à beneficiis, tunc hæc sententia suspensionis simpliciter prolata in dubio intelligitur tantum de beneficiis in illius Episcopi Diocesi obtentis, quia sententia poenalis non est extendenda, sed nihil impedit, quin Episco-

pus possit Clericum suspendere etiam à beneficiis alibi obtentis, *arg. c. postulatus. de Foro compet. si ab Officio vel Ordine suspensus fuerit, Clericus etiam alibi parali habendus erit, donec absolutionem impetnaverit, non obstantè, quòd extra territorium jus dicenti impune non parcat. l. fin. ff. de Jurisdic. quia hæc regula procedit in statuto, quòd non ligat extra territorium. c. 2. de Constitut. in 6. non verò in sententia particulari, quæ officii substitutum etiam extra territorium. Gloss. & Peñor. in d. c. pastorale. §. verum. de appellat. prout in simili notatus in articulo uno loco & prohibitus postulare, etiam alibi infamis & prohibitus intelligitur. l. ex ea. g. ff. de Postulando.*

An autem & quatenus suspensus incursit juris eligendi vel beneficiorum, ad *de Electione* remittimus.

#### De Interdicto.

**I**nterdictum Ecclesiasticum ab interdicendo seu prohibendo sic dicitur, dicitur Silvest. *Interdictum num. 2.* quod est *separatio à Jure vel à Judice facta à causa sacramentis & omnibus Divinis Officiis Ecclesiastica sepultura. c. non est. de Sponsalibus. &c. quòd in c. 11. de litem. & remission.* Hæc quidem interpretatio, si verba præcisè spectentur, etiam excommunicationi conveniri videtur, quia tamen differt excommunicatio ab interdicto, quòd excommunicatio separet à Divinis propter denegatam communionem fidelium cum alijs fidelibus in sacris & profanis; at verò interdictum non subtrahit aut denegat directè communionem fidelium, sed tantum Divinorum dispensationem sive participationem. Item interdictum ferri potest in locum vel communionem, ut comprehendat nocentes cum innocentibus, excommunicatio autem tantum in certa

in certas & determinatas personas nocentes. *c. Romana. s. hoc tit. in 6.* Quare plenius fortassis definiri posset *interdictum*, quod sit censura in locum vel personas lata, prohibens sacramenta quadam, Divina Officia, & sepulturam interdictis ministrari.

82 Non est tamen in Jure circa definitiones magna sollicitudo ponenda, quia materia juridica propter sui amplitudinem & casuum diversitatem non patiuntur tam exactas definitiones: unde & omnis definitio in Jure periculosa dicitur. *l. omnis definitio. 202. ff. de R. J.*

83 *Dividitur* interdictum in *locale* & *personale*. *Locale* est, quod directe afficit certum locum, in quo Divina Officia prohibentur. *Personale* vero, quod directe in personas profertur, quibus Sacramenta denegantur. Utrumque subdividitur in *generale* & *speciale*. *Interdictum locale generale* est, quo locus à pluribus communiter inhabitatus interdicitur, ut regnum, civitas, castrum, &c. *locale speciale* est, quo particularis locus sacer v. g. certa capella & Ecclesia afficitur. Et quidem interdicto *locali generali* civitatis, castri aut oppidi, &c. etiam suburbia & continentia adificia, quamvis propriis muris sint determinata & distincta, comprehenduntur, ne facile eludatur interdictum, si prohibitis Divinis Officiis in civitate, populus pro iis audiendis ad suburbia exiret. Item in interdicto *locali speciali* interdicta Ecclesia censetur etiam interdictum cimiterium, vel capella vicina; sed tamen in his non sufficit, ut cimiterium vel capella vicina sit Ecclesia, sed requiretur, ut contigua & moraliter non segregata. *c. si civitas. 17. hoc tit. in 6.* *Interdictum personale generale* est, quod fertur directe in ipsos homines scilicet communitatem, collegium, populum, &c. & propterea locus ipse vel Ecclesie in tali loco existentes non sunt interdicta, quin

ibidem possint Divina officia celebrari, atque etiam ad ea admitti peregrini, viatores, & omnes alij habitatores loci, qui non sunt membra communitatis interdicta, vel qui ex post facto per mutationem domicilij aut alio modo membra esse desierunt: dummodo ab his Divinis Officijs sine tumultu publico per occlusionem januarum, aut similibus medijs possint ipsi interdicti arceri. 84 Deinde qui interdicto *personali*, quamvis *generali*, affecti sunt, non possunt etiam ut singuli nec in loco proprio, nec in alieno divina audire. In interdicto autem *locali generali*, qui culpabiles non sunt, nec interdicto causam dederunt per auxilium, consilium aut favorem suum (nam interdictum *locale* continet in se *personale* circa eos, propter quorum delictum vel cooperationem ad delictum interdictum positum est) possunt licite extra locum interdictum Divina audire. *c. si sententia. 16. h. t. in 6.*

85 Sed & istud notabile est, quod interdicto populo alicujus civitatis non intelligatur interdictus Clerus, nec vice versa interdicto Clero populus. *d. c. si sententia.* Est quoque communis DD. sententia, quod interdicti Religiosi, nisi de mente interdicens aliud appareat: quamvis enim Religiosi per susceptionem ordinum etiam transeant ad Clericatum & sint Clerici. *c. legi epistolam. 30. causa 16. q. 1.* quia tamen communi hominum acceptione nomine Cleri intelliguntur Clerici seculares, hinc est, quod in materia odiosa & poenali termini secundum communem significationem accipiendi sint, & non facile ad talem interpretationem deveniendum, ex qua civitas omni prorsus Divino Officio tam apud seculares Clericos, quam apud Regulares carere debeat. Tamb. *de Jure Abbatum. fo. 2. disp. 16. q. 5. num. 5.*

*Interdictum personale speciale*, sive *particulare* est, quod fertur non in communi-

Yyy yyy }

tatem

tatem, quatenus communitas est, sed in singulares personas unam vel plures propter earum delictum, vel culpam, sive deinde exprimantur illarum personarum nomina, sive in genere dicatur, quod singuli in tali negotio culpabiles inreducti sint.

86 Durum forte videbitur ex hactenus dictis, quod in interdictione generali locali vel personali etiam innocentes comprehendantur, cum tam graves poenae non nisi auctores delictorum tenere debeant. *l. finimus. 22. Cod. de Penis.* Dicendum est tamen innocentes per interdictionem generalem non puniri directe, sed tantum sentire damnum per accidens, quatenus & quamdiu in loco vel communitate interdicta versantur: si enim directe punirentur vel afficerentur interdictione, sicut ipsi culpabiles, tunc ne quidem extra locum interdictionem Divina audire possent, quod tamen fecus est, juxta *d. c. si sententia. h. t. in 6.*

87 Saepius autem innocentes sentire posse damnum sine culpa quidem, sed non sine causa, patet ex *c. quoniam. 5. vers. si autem de carnali. Ut lite non constat a l. quisquis. 1. §. 1. Cod. Ad leg. Jul. majestatis.* Item exemplo justii belli, in quo multi innocentes pereunt, qui ad tale bellum culpam non posuerunt, quod per accidens contingit, quia scilicet aliter finis belli justii obtineri non potest. Ita enim accidit in interdictione generali, quod solet poni ob publicam aliquam & gravem causam, quando scilicet Rectores principales aut potiores alicujus loci vel communitatis sunt culpa obnoxii, & nolunt pro eo satisfacere.

88 Sed inquis, quare non potius ipsi delinquentes excommunicantur, quam ut totus locus, vel communitas interdiciatur. *re.* Id fieri, vel quia incerti sunt culpabiles, & si in genere ferretur excommunicatio contra singulos, qui fuerint culpabiles, plerique con-

temnerent talem censuram, quia non crederent se culpabiles, vel diversas excusationes in peccatis quaerere; vel quia licet non & potentes, qui fortassis non curarent excommunicationem sua persona, debent magis curare interdictionem generalem, ut populus propter eorum culpam interdictione factus contra eos exasperetur.

In specie autem casus & casus, in quibus ipso jure statuitur interdictionem, enumerat Sylvester. *V. Interdictionem. 4.* Ut si civitas det auxilium, vel consilium, ut capitur Cardinalis vel Episcopus, aut in loco in aliquo loco detineatur. *c. felix. de Penis in 6. Clem. si quis suaderit. c. de Interdictione. tit. de Penis.* si Ecclesiastici contra immunitatem suam a secularibus Magistratibus realibus, vel personalibus oneribus graventur. *c. quanquam. 4. de Consue. in 6. In presertim contra Ecclesiasticos concedantur, nec intra mensem relaxentur. c. an de Interdictione. in 6. & plures alij casus, qui apud auctores videri possunt. Interim regulam in casibus, quibus ipso jure ponitur interdictionem, necesse est, ut accedat cognitio, ut claratio iudicis ecclesiastici; tum ut legitime constet, an delictum sit tale & reventratum, quod interdictionem secundum se, quantum ad excommunicationem in Divinis requirens denuntiationem, loquatur non tantum de excommunicatis, sed etiam interdictis & interdictis.*

Sed & illud notabile, quod in *extra. previale. 2. h. t. inter Comm. prohibita.* ne propter pecuniarium debitum sine specialia, & expressa licentia Papae Provincia, Civitas, Castrum, villa, locus vel territorium interdictione supponatur. Quod verum de licentia Papae dicitur, in hoc speciali casu locum habet. Ceterum autem interdictionem etiam sine licentia Papae ponere possunt iudices ordinarii ecclesiastici, quod

aliàs jus ferendi censuras competit, dummodo iustitia causæ adit, & monitiones debitæ præmittantur.

Porro ad effectum *interdicti* quod attinet, sciendum est, olim imprimis Missas, & omnia divina officia in singulis Ecclesijs loci *interdicti* prohibita fuisse, quod tamen deinde Bonifacius VIII. in *alma mater*. 24. *vers. adjicimus*. h. t. in 6. ita limitavit, ut tempore *interdicti* (quod DD. communiter de *interdicto locali generali* intelligunt, non verò de speciali alicujus Ecclesiæ, quia aliàs hoc *interdictum speciale* redderetur prorsus sine effectu) singulis diebus in Ecclesijs & Monasterijs Missæ celebrentur, & alia Divina Officia dicantur, sicut prius, submissa tamen voce, januis clausis, ac excommunicationis & *interdicti* expulsi, campanis etiam non pulsatis, quibus Divinis Officijs Canonici & Clerici, non autem reliqui de populo interesse debeant. In festivitibus autem Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes (quod DD. probabiliter ad totum triduum istorum festorum extendunt) & assumptionis Virginis gloriosæ (quibus Martinus V. addidit festum Corporis Christi cum Octava) pulsantur campanæ, & januis apertis, altâ voce Divina Officia solemniter celebrentur, excommunicationis prorsus exclusis, sed *interdictis* admissis, quibus ob reverentiam harum solemnitatum præfatis diebus participatio Divinorum conceditur: sic tamen, ut illi, propter quorum excessum *interdictum* est positum, alteri, in quo celebrantur Divina, non appropinquent.

Alter effectus *interdicti* est, quòd regulariter prohibeatur sacramentorum administratio & participatio, nisi specialiter quædam Sacramenta in Jure excepta sint. Excipitur autè in *interdicto generali* (& probabiliter etiam *locali speciali* teste Sylvestro in *V. Interdictum*. 5. num. 9.) Baptismus &

Confirmatio. c. *responsio*. 43. h. t. & c. *quoniam*. 19. eod. in 6. item Pœnitentia & absolutio à peccatis, quæ non tantum ægris, sed etiam sanis tempore *interdicti* ministrari potest; dummodò excommunicati non sint, vel propter eorum culpam *interdictum* non sit positum. Priori enim casu non recipiuntur ad pœnitentiam, nisi prius fuerint absoluti à censura, nec posteriori culpabiles in *interdicto*, nisi pro culpis suis prius satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam cautionem præstiterint, quamvis ab ipsa *interdicti* censura necdum absoluti sint. d. c. *alma mater*. Eucharistia quoque saltem in mortis articulo conceditur. c. *permittedimus*. 57. h. t. & in festis supra nominatis, propter illa verba in d. c. *alma mater*. posita, *præfatis diebus participationem permitimus Divinorum* & c. quæ verba in favorem animarum latius interpretanda sunt, ut non tantum auditionem Divinorum, sed & participationem sacræ Communionis comprehendant.

Matrimonium etiam tempore *interdicti* excommunicati DD. sententia non creditur esse prohibitum, præsertim si fiat absque solenni copulatione & benedictione in Ecclesia: quia illa tantum sacramenta censentur esse prohibita, quæ ab Ecclesia dispensantur: Sacramentum autem Matrimonij ipsi contrahentes sibi ministrant, & Parochus in eo non tanquam Minister, sed potius testis reputatur. Pan. in c. *non est vobis*. 11. de sponsalibus. num. 8. & Nav. d. n. 9. sed hoc in *interdicto locali*, vel *personali generali*. *Interdicto autem speciali personali* videatur probabilius, eos, qui ex sua culpa specialiter *interdicti* sunt, non posse durante hoc *interdicto* licite (sed tamen valide) matrimonium contrahere: quia generaliter ab omnium sacramentorum perceptione prohibiti sunt, non secus ac mi-

nore excommunicatione ligati, de quibus satis conveniunt DD. quòd matrimonium nequeant contrahere; atque ita conciliari posse existimo diversos auctores, quorum aliqui matrimonium tempore interdicti concedunt, alij negant. Putat quoque Cov. in *Relect. c. alma mater. h. r. in 6. p. 2. §. 2. sub n. 7.* circa solemnitatem & benedictionem matrimonialem faciendam tempore interdicti observari posse constitutionem. *c. alma mat.* ut scilicet ad instar aliorum Divinorum Officiorum fiat januis clausis, vel etiam apertis in festis ibidem memoratis.

95 Tertius effectus interdicti est, quòd in eo decedentes priventur ecclesiastica sepultura. *c. quod in te. 11. de Penitent. & remission.* In interdicto tamen locali generali, qui specialiter ex sua culpa interdicti non fuerint, non poterunt quidem sepeliri in loco interdicto, sed poterunt ad alium locum sacrum non interdictum transferri, arg. *c. si sententia. 10. h. r. in 6.* Quòd si contingat contra prohibitionem Juris aliquem interdictum sepeliri in loco sacro, non erit is extrahendus: quia hoc non habetur in Jure statutum: & licet aliud sit de excommunicatis, ut illi denuò exhumari, & e loco sacro ejici debeant. *c. sacris. 12. de Sepulchris.* Nihilominus hæc tam severa poena non ad alium casum in Jure non expressum est extendenda, & specialis ratio est circa excommunicationem, quòd ea ex sua natura separet excommunicatum à reliquorum fidelium consortio, quòd secus est in interdicto, ut superius etiam tradidimus. Imò etiam illa corpora interdictorum, quæ tempore interdicti extra locum sacrum sepulta sunt, sublatà censurà ad locum sacrum referenda esse, si id commodè fieri possit, docent communiter Auctores Nav. in *Manuali confessor. c. 27. sub. n. 176.*

97 Præterea Clerici & Religiosi, qui interdi-

ctum servarunt, speciale privilegium habent, ut in loco etiam interdicto, absque pullatione tamen campanarum, sepeliri possint, *d. c. quod in te.*

Quartus effectus est, quòd violenter interdictum poenas Juris incurrant, & in poenis quidem Clerici personaliter interdicti, vel in loco interdicto celebrantes, aut alium sui ordinis exercentes, irregularis efficiuntur, à qua irregularitate tantum per summum Pontificem absolvi possunt. *c. in quo. 18. §. is vero. h. r. in 6.* Et quòd hæc poenam irregularitatis interdicto personaliter est interdictum ingressus in Ecclesiam, per quòd aliquis prohibetur in Ecclesia Divina celebrare vel audire. *c. in quo. 18. §. is vero. h. r. in 6.* Et quòd hæc poena non tamen ibidem extra tempus Divini officij privatas orationes persolvere, aut extra ecclesiam in privato oratorio celebrare. *N. d. loc. n. 170.* Cujus interdicti frequens mentio in Jure, ut in *c. Romana. c. de Officiis de Censibus. in 6. c. present. 9. de Officiis ordinari. in 6. in Trid. Sess. 6. de Refor. c. 1. ac pluribus alijs locis, & plerumque in scriptis solet Prælati Ecclesiasticis propter eorum culpas, cum sit mitior censura, quam excommunicatio vel suspensio ab officio, ne per eam impediatur Prælati in alijs spiritualibus & temporalibus suam jurisdictionem exercere.*

Secundo domini temporales, qui communi Clericos in loco interdicto celebrant, & ipsi quoque interdicti, qui jussu recedunt exire de templo, excommunicationem Pontifici reservatam incurunt, *Clem. 2. h. r.*

Tertio quoque excommunicationem non tamen reservatam incurunt, qui interdicti in loco sacro, vel alios in loco interdicto sepelire præsumpserint, *Clem. 1. de Sepulchris.*

Quarto in Religiosos etiam tam ex-

ENGEL



pros, quam non exemptos excommunicatio (quæ pariter non legitur reservata) lata est in *Clem. 1. h. t.* si interdictum à Pontifice vel aliis ordinariis latum violârunt interdîctos ad divina officia admittendo.

101. *Interdicti* quandam similitudinem gerit *cessatio à Divinis*, quæ tamen non est propriè censura, sed potius ipsum factum, quo suspenduntur organa Divinæ laudis, & ab ipsis Divinis Officiis cessatur propter gravem aliquam injuriam Ecclesiæ illatam, ut injuriantes respiciant; & quod deliquerunt, emendent. Differt propterea etiam quoad effectum ab *interdicto*, quod *cessatio* non afficiat personas, sed tantum locum, & sic extra locum, in quo à Divinis cessatum est, liceat cuilibet Divina audire, neque Clericus irregularis efficiatur, si in ipso loco cessationis Divina celebraverit, quamvis id sine gravi peccato facere non possit, imò etiam excommunicatio in violatores cessationis extendatur in *d. Clem. 1. §. in cessantibus. h. t.* De sepulturâ dubitant DD. an in loco cessationis concedatur? Sed probabilius est, eam concedi: quia prohibitio expressè in Jure monstrari non potest, neque enim in pœnis, ubi termini sunt strictè & propriè accipiendi, per exclusionem Divinorum Officiorum exclusâ intelligitur sepultura, cum sit aliquid diversum.

102. Cœterum *cessationem à Divinis* indicare possunt Prælati Ecclesiastici ordinariam jurisdictionem habentes, Capitula Cathedralium Ecclesiarum sede vacante: Et Episcopi possunt dare licentiam aliis etiam Capitulis & Conventibus Regularium vel secularium Ecclesiarum, ut ob iustas causas à Divinis cessare valeant, dummodò in tali cessatione observentur ea, quæ præscribuntur, in *cap. si Canonici. 2. c. quavis. 8. de Officio ordin. in 6.* ut scilicet vocatis absentibus de Capitulo deliberetur de *cessatione*, & causa *cessationis* instrumento pun-

ENGEL IN DECRET. LIB. V.

blico vel literis patentibus inieratur, & tradatur ei, contra quem cessatur, ac denique intra mensem causa coram Pontifice vel ordinario iudice deducatur. Videatur Sylvester *V. Cessatio à Divinis*, & Joan. Honor. ad *h. t. n. 90.*

#### §. IV.

De Absolutione à censuris & in specie de absolutione ab excommunicatione contracta ob percussione Clerici.

#### SUMMARIÆ.

103. Censura quandoque est nulla, & tunc non est observanda à censurato, si nullitas est manifesta.
104. Triplici ex capite censura redditur nulla ex defectu jurisdictionis, cause & processus.
105. Appellatio post censuram latam facta non habet effectum suspensivum.
106. Censura ad sit valida si lata sit in innocenti, in foro tamen externo convictum, aut contra si lata sit sine sufficientibus probationibus, sed contra verè reum?
107. Potest censura in foro externo valere, etsi in foro interno non valeat.
108. Censura in foro externo invalida est etiam invalida in foro interno.
109. Censura per modum statuti, aut in monitoriis lata potest quis obligari in foro conscientie etsi nihil contra eum probari possit. Sententia tamen declaratoria in foro externo sine probationibus ferri non potest.
110. Censura sine citatione & monitione lata est omnino nulla: sine contumacia sit notoria, aut periculum sit in mora.
111. Tria monitio non est de substantiâ censure, nisi in duobus casibus.
112. Censure juris invalide esse possunt ex defectu jurisdictionis, vel non publicationis, aut ob contrariam consuetudinem.
113. Episcopi eorumque superiores censuram juris non incurrunt, nisi eorum fiat mentio specialis.
114. A censura hominis is absolvit, qui tulit, aut cui is commisit, aut ejus successor.
115. In articulo mortis nulla censura reservata est, & quilibet sacerdos potest absolvere pro foro interno: sed post reconvalescentiam absolutus se debet præsentare superiori, alias in censuram reincident.

222 222

116. Supe-

116. Superior qui habet concurrentem Jurisdictionem cum inferiore prelato, potest absolvere a censura ab ipso lata: & quid de legato Apostolice respectu Episcoporum.
117. Superior, qui non habet concurrentem Jurisdictionem, non potest absolvere, nisi via appellationis deleatur, aut Prelatus inferior in sua causa a censuram tulerit.
118. In Magisteris excommunicati per Abbatem, ab ipso absolutionem obtinere debent.
119. Censura Juris alie reservate, alie non reservate.
120. Privilegium Episcoporum & Regularium absolventi & dispensandi circa casus reservatos summo Pontifici procedit tantum pro foro conscientie.
121. Quenam censurae sint reservate S. Pontifici?
122. Quomodo excusari possit, quod Bulle & Censurae in iis contentae alicubi non sint receptae.
123. Quid faciendum, si quis dubitet an censura sit reservata?
124. A censuris Juris & Statutorum non reservatis curvis Episcopo, vel in foro conscientie Confessario absoluti competit.
125. De censura Canonis, si quis suadente. 17. q. 4.
126. Qui Clerici in Sacris constituti privilegio Canonis gaudeant, vel non.
127. Vi Clerici in minoribus idem privilegium habent: requiruntur conditiones a Trid. Conc. prescriptae.
128. Quid de Clericis conjugatis?
129. Regulares omnes gaudent eodem privilegio: & quid de Eremitis.
130. Masculinum etiam in materia hujus Canonis comprehendit femininum.
131. Clerici etiam seipsos percussiones in censuram Canonis, possunt tamen ab Episcopo vel Prelato suo absolvi: si percussio non sit enormis.
132. Ex specialibus privilegiis Prelati regulares etiam ab enormi absolventur.
133. Ad istam censuram incurrendam requiritur gravis injuria, in qua animus & effectus concurrat.
134. Censura incurritur, etsi Clericus in sui percussione consentiat: quod declaratur.
135. Quid nomine violenta mandis injectionis hic intelligatur?
136. A censuris Canonis tam ignorantia Juris, quam facti excusat.
137. Excusatur etiam, qui Clerico privilegio Clericali privato violentiam inferit.
138. Si causa defensionis fiat, aut disciplina,
139. Defectus deliberationis sufficientis vel parva injuria pariter excusat.
140. Magister vel propinquus Laici Clericorum in majoribus Ordinibus constitutum castigare non verbera sui non habet.
141. Prelatus Ecclesiasticum castigandi potestatem non per Laicos, sed Clericos exercere debet, ne censuram incurrat: & quid de capite in tortura?
142. Ebrietas quomodo excuset a censura?
143. Ab ista censura Canonis Legatus à Legato Nuntius Apostolicus absolvetur prius, quam cum differentia.
144. Mulieres, Moniales, Clerici impediti, vel aliter impeditos pervenire ad S. Pontificem gatum, Episcopo potest absolvere.
145. Quid de potentibus?
146. A percussione levi indifferenter absolvere potest Episcopus: & quae dicatur levis, levis, gravis, vel enormis?
147. In dulo percussio patris iudicari debet prout quam levis.
148. Privilegium Episcopale absolventi a Confessione nonis extenditur etiam ad alia Jurisdictionem Episcopalem vel quasi habentia.
149. Conscientie potest obtineri, ut absolutio in foro conscientie impensa, etiam in foro canonico acceptetur.

**R**epetenda est in primis hoc loco de censurarum distinctio, quam supra in §. r. circa finem assignavimus, scilicet censura alia sit lata ab homine, licet iudice, & alia à Jure live Canone: licet quod attinet ad censuram hominis notari debet, frequenter contingere, ut ipso Jure nulla irrita sit, adeoque absolute non indigeat, sed solum ut à superiore declaratur nulla, si forte contra illam censuram appellatio ad eum interponatur. Imò si nullitas sit manifesta & notoria, etiam citra appellationem censura à censuratore non observari poterit: quia quod est Jure nullum, nullum producit effectum, ut ex Gabriele refert Laym. de Censuris c. 6. n. 2. Siquis publice excommunicetur & denuncietur nulliter, ipse adverso publicare poterit causam, prope

quam ipsa sententia censuræ est nulla. Dico tamen: *si nullius as sit manifesta & notoria*: in dubio autem vel quando causa non est ita publice cognita, querela ad superiorem deferenda est, ut is de iustitia causæ cognoscat, & interim sententia saltem in foro externo, præsertim ad evitacionem scandali, observanda: quia ut inquit Greg. c. 1. causa. 11. q. 3. *sententia pastoris sive iusta sive iniusta* fuerit, timenda est. Et Pontifex in c. per tuas. 40. vers. nos igitur. h. t. conlittuit, ut ille, qui allegat se post appellationem interpositam excommunicatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem expressum, debeat pro excommunicato haberi, antequam suam causam coram superiore probarit.

104 Redditur autem censura nulla & irrita ex triplici potissimum capite. I. ex defectu jurisdictionis, quæ vel nunquam penes censurantem extitit, veluti si excommunicatus non sit subditus, vel quæ fuit ab eo ante latam sententiam revocata, ut à delegato per delegantem; vel quæ fuit per appellationem interpositam suspensa. Proinde si excommunicatio, vel alia censura in aliquem ab inferiore iudice lata sit, postquam ille ad superiorem verbis vel facto (scilicet iter ad superiorem arripendo, nuntios mittendo, &c. appellavit, invalida censetur, d. c. per tuas. &c. ad audientiam. 54. c. dilecti. 52. de appellat. Si verò post censuram lata appellatio interponatur, habet quidem hæc appellatio effectum devolutivum, ut causæ cognitionem ad superioris tribunal devolvat, sed non suspensivum, quin interea censura lata executionem secum trahat, & effectum tam diu sortiatur, usque dum à superiore vel declaretur nulla, vel relaxeretur, sicut decisum est in cap. is cui. 20. §. sanè. h. t. in 6.

II. Invalidatur censura ex defectu iustæ causæ; si nimirum desit gravitas culpæ vel

contumaciæ, qualem culpam & contumaciam in omni censura requiri superius in §. 1. explicatum; præsertim verò si causa falsa vel iniusta sit, non tenebitur censuratus ad censuræ obligationem & observacionem, ut dictum, & facit textus in c. cui est. 46. causa. 11. q. 3.

Sed quid si censuratus revera sit innocens, per falsas tamen probationes, vel vehementes præsumptiones in iudicio convictus sit; vel econtra, si iudex in aliquem pronuntiaverit censuram propter culpam revera ab eo patratam, de qua tamen legitimis probationibus non est convictus: an his duobus casibus valida censura censetur?

106 R. Breviter in primo casu valere censuram in foro externo, ut v. g. excommunicatus denunciatus publice vitari, & ad actus judiciales admitti non debeat; quia quamdiu falsitas probationum & præsumptionum demonstrari non potest, talis sententia est iusta in foro externo, & consequenter etiam instar iustæ censuræ suum effectum habebit. At verò quantum ad forum internum, nihil operabitur talis censura; nec privabit 107 censuratum suffragiis Ecclesiæ, nec peccabit ex sua parte, si seposito scandalo cum aliis communicaverit: quia censura, cum sit pœna, non potest directè obligare innocentes, quatenus innocentes sunt, sed talis ex supposito in conscientia est innocens, ergo eum censura in conscientia obligare non potest. Et huc rectè accommodatur dictum Pontificis in c. 1. de sent. & rejudicat. 6. quod æterni tribunalis iudicis illum reum non habeat, quem iniuste iudex condemnat.

In secundo casu pro foro externo invalida est censura: cum enim ex communi & recepta DD. sententia in foro externo, maxime ubi de absolute rei agitur, iudex publicam personam agens debeat iudicare de publicis actis & probatis, non ex privato animi motu. c. quamvis. 75. causa. 11. q. 3.

planè deficiet iusta censura causa in foro externo, & propterea nulla erit censura, si ut supponimus censuratus legitime convictus non fuerit. Sed & quoad forum internum probabilius videtur, talem censuram esse invalidam: quia cum censuratio sit actus fori externi, non aliter obligat in conscientia, quam quatenus in foro externo est validus, & iuriconformis. Videri poterit circa hæc tenus dicta Paulus Laym. d. c. 6. sub n. 2. & Bonac. de Censuris in communi disp. 1. q. 1. puncto. 17. Hanc tamen potestrem conclusionem ulterius declarandam puto, ut procedat, si Episcopus quatenus iudex ecclesiasticus aliquem propter crimen non legitime probatum per sententiam particularem censurare vellet; aliud autem si Episcopus vel summus Pontifex tanquam pastor communis per legem, statutum, vel sententiam generalem ad eradicandum certum aliquod vitium censuram ferat, quæ ipso iure incurratur, tunc enim in foro conscientia eâ afficietur, qui delictum perpetravit, etiam si in foro externo nequeat probari, licet ut talis in foro externo tanquam censuratus deamuntari valeat, etiam legitima probatio procedere debeat, quæ probari possunt ex illis principiis, quæ circa obligationem legum pœnalarum post sententiam iudicis vel Juris latam in Lib. I. tit. de Constit. tradi solent. Item si contra aliquem sint indicia, quod rem alienam contra iustitiam detineat, de qua in iudicio convinci non possit, non prohibetur Episcopus concedere monitoria, sive censuras legitimis monitionibus præmissis, de quibus s. r. hujus tit. dictum, quia talia monitoria non sunt sententiæ condemnatoriæ simpliciter, sed tantum sub conditione, si habuerit contra iustitiam, & non restituerit.

Tertia nullitatis causa est, si substantialis processus iudicii observatus non sit, & Ju-

dex processerit contra aliquem non citatum & non defensum. Hæc tamen nullitas causa patitur suas controversias: & in primis non defunt, qui velint, censuram de quidem injustam, non tamen invalidam, si cet nulla citatio vel monitio præcesserit. c. 1. c. cum sit Romana. s. in fine. de appell. ubi dicitur Apostolum aliquem abstem & irrequisitum excommunicasse. Item arg. cap. illud. s. de Clerico excommunicato. ubi videtur approbari excommunicatio etiam non præmissa monitione probata. Nihilominus communiter inter DD. receptum est, censuram nullam prius monitione præmissa regulariter nullam esse, quæ censura non infligitur nisi ob contumaciam, contumacia autem non datur sine monitione. Quare non obstat d. c. cum sit Romana quia id convenienter verbis textus explicari potest de eo casu, quo delictum & contumacia alicujus notoria est, atque monitio præmissa vel nihil profutura; & sic dici potest, quod Apostolus non requisiverit quidem illud excommunicatum per edictum peremptorium, sæpius autem per epistolas suadet, ut ab peccatis præmonuerit. Gloss. in d. c. cum sit Romana. verbo irrequisitum. in c. sacro. 48. b. 1. n. 3. Ad c. illud. de Clerico excommunicato dici similiter potest, ibi contumaciam fuisse notoriam, quod arguunt illa verba ibidem posita: cum sit delictum ipsum in partibus illis non per se non notorium est. Quod si periculum mora sit, & res longiorem dilationem patiatur, valebit censura etiam monitione non præmissa, Gloss. in cap. cum inter nalis. s. in verbo temerarius. hoc tit. Deinde etiam dubitatur, an tria monitoria, quæ in d. c. sacro. b. 1. ante censuram requiruntur, ita sit de substantia, ut vel una omissa censuram irritam reddat? Sed magis receptum est, censuram esse quidem irritam

ENGEL

III

flam, sed non invalidam, ut ex textu in *c. Romanas. l. 1. in 6.* notavit Gloss. *in verbo injusta.* Exceptis duobus casibus, in quibus tria monitio etiam ad valorem censuræ requiritur. I. Si excommunicatio feratur in participantes cum excommunicato, *c. statutus. 3. l. 1. in 6.* Si causa delegato committatur cum clausula, *ut præcedente canonica monitione censuras proferat.* Barb. *in d. c. sacro. l. 1. n. 5.* Covar. *in sepe. d. c. alma mater. l. 1. in 6. p. 1. §. 9. n. 7.*

112 Censura Juris etiam aliquando invalida esse potest, si nimirum deficiat jurisdictio ex parte legem condentis; ut quia Prælati inferiori summo Pontifice vel alienos subditos, vel proprios etiam, extra territorium tamen proprium, per statutum aliquod censuram constringere intendit. *c. 2. de Constitut. in 6.* qua de re videatur in principio §. 2. *hujus tit.*

Præterea multæ censuræ Juris tum in antiquis Canonibus, tum in novis Bullis contentæ præsertim in remotis locis extraliam ulu receptæ non sunt, vel contrariâ consuetudine abrogatæ, quod inde accidit, vel quia habent materiam, quæ non potest in omnibus Orbis partibus propter diversos nationum mores prædicari; vel quia per locorum Ordinarios nunquam sufficienter publicatæ fuerunt: censura autem non publicatæ non obligat subditos: quia non intelligitur prius verâ eorum contumacia arg. *c. cum infirmis. 13. ibi: postquam per Prælatos locorum fuerit publicata, & c. 13. de Penitent. & remission.* Interim nihil obstat quin talem censuram, quæ ipso Jure infligitur, licet eatenus non observetur, nihilominus Episcopus, vel Judex Ecclesiasticus ex illa causa, ob quam de Jure dicitur, possit per sententiam infligere.

113 Illud quoque hic adnotari debet, quod Episcopi & Superiores Prælati nullam cen-

suram Juris incurrant, nisi specialis eorum mentio in Canonibus fiat: idque ne Pontificalis officii executio & Episcopalis jurisdictio cum damno vel periculo Ecclesiastici status impediatur. *quia periculosum. 4. b. 1. in 6.*

114 Quod si censura hominis vel Juris valida sit, ab absolute opus est censurato. Sciendum proinde, quod à censura hominis principaliter non absolvat alius, quam ille ipse, qui eam tulit, vel cui is absolvendi potestatem commiserit & delegarit. *c. 3. de Offic. Judic. ordinar. cap. ab excommunicato. 41. & ibi Gloss. & DD. de Rescript.* Si mortuus vel dignitate privatus fuerit, qui censuram tulit, non propterea expirat censura, sed jus absolvendi ad successorem devolvitur, *c. si Episcopus. 40. causa 11. q. 3.* Et nomine successoris sede vacante in Ecclesia Cathedrali venit Capitulum; quia succedit in jurisdictionem Episcopi. *c. un. de Majorit. & obed. in 6.* In Monasteriis vero & Collegiatis Ecclesiis absolutio Episcopo, vel alteri ordinario, cui talia loca immediate subsunt, competit: quia sede vacante in Monasteriis & Collegiatis Ecclesiis regulariter jurisdictio Prælati defuncti non est penes Conventum, sed ad Ordinarium redit, ab eoque administratores in spiritualibus & temporalibus constituuntur.

115 In articulo mortis nulla quidem censura reservata est, quin eam quilibet sacerdos etiam de cætero non approbatus ad curam animarum, vel ipsemet censurâ affectus absolvere valeat. *Trid. Sess. 14. de Pen. c. 7. & ibi Barb. n. 13.* sed si in articulo mortis constitutus periculum evadat, superiorem censuram ferentem accedere debet, ut pro censurâ ante illatâ & culpâ patratâ satisfactionem præstet, ab eoque etiam in foro externo absolutionem impetret: nam illa absolutio à privato sacerdote facta tantum va-

let pro foro animæ, & non potest Juri Episcopi & foro externo præjudicare. Aliàs si talis absolutus in articulo mortis post reconvalescentiam non se præsentarit Episcopo cessante impedimento, ubi commodè poterit, reincidet in censuram ipso Jure, c. eos qui. 22. h. t. in 6.

116 Ad superiorem censurantis etiam aliquando pertinet absolutio, adhibita distinctione, an superior habeat cum inferiore concurrentem jurisdictionem, ita ut subditi inferioris, sint etiam subditi superioris, sitque inter eos locus præventioni, vel an habeat jurisdictionem ab inferiore prorsus separatam. Si superior habeat jurisdictionem concurrentem, ut Papa in tota Ecclesia, ejusque Legatus de Latere in Provinciâ sibi decreta cum omnibus inferioribus Prælatibus, Provinciales & Generales Regularium cum subordinatis eorundem Regularium superioribus, tunc æquè à superiore censurantis, quàm ab ipso censurante absolutio peti potest, nisi quod hodie universim circa Legatos Pontificios etiam de latere dictos constituerit Trid. Sess. 24. de Reform. c. 20. Ne quarumque facultatum vigore causas ad forum Ecclesiasticum spectantes in prima instantia Ordinariis locorum præripiant, consequenter rectè inferri potest, absolutionem à censura Episcopi, quæ causæ cognitionem requirit, in prima instantia extraviam appellationis ad Legatum hodie non pertinere, quidquid olim statutum sit cap. 1. de Offic. legati. & in c. eos qui. 22. h. t. in 6. cui per verba Trid. satis derogatum intelligi potest.

117 Si verò superior non habeat concurrentem jurisdictionem cum inferiore, sed separatam, quamvis superiorem, sicut Archiepiscopus, est quidem Ordinarius suorum suffraganeorum, in subditos autem eorum regulariter immediatam jurisdictionem non habet. c. pastor alius. 9. de Officio ordinarii. s. venerabilibus. 7. h. t. in 6. Tunc tan-

tum per viam appellationis, & postquam in inferiore obtineri non potest, à superiore absolutio petenda est, eaque appellatio gravior interponenda, ut v. g. excommunicatus ab Archidiacono in Diecesi suffraganeæ prius ad ipsum Suffraganeum, & demum Archiepiscopum appellet. Sed si excommunicatus aliquis sit à suffraganeo propter causam, quæ ipsum suffraganeum concernit (prout Episcopus potest aliquem pro honorum jurium defensione censuris afficere, & ita quasi gladio spirituali se & sua rotam delicto. 6. & d. c. venerabilibus. h. t. in 6.) tunc quia Episcopus in propria causa potest, simpliciter contra eum, a potest Archiepiscopum querela deponi & pro absolutione instari potest. d. c. venerabilibus. Quod liter autem hoc casu Archiepiscopus absolutionem audire debeat suffraganeum, propter offensam manifestam foris communicationem tulerit, vel si offensam subditi, qualiter tunc ante processum in principali ad causam absolutus sit excommunicatus, dictum est superius in post versiculum, merè externa communicatione &c.

In Monasteriis Regularium excommunicati per Abbatem, ab eodem absoluti obtinere debent, quia Abbas in prima instantia est iudex ordinarius suorum Regularium per ea, quæ tradidi de Privilegio Monasteriorum, privilegio. 48. Si vero Abbas absolutionem recusarit, vel impeditur communicatio dicatur, ad Episcopum appellatio dabitur, qui causam censuræ absolute requiret, de ejusque veritate indagabit, & si injustam cognoverit, relaxabit, & si emendationem injunget, & non aliter, quam ad eam præstandam parato absolutio impendet. Panorm. in c. reprehensibilis. 26. de Appellat. n. 11.

ENGEL

119 Inter censuras Juris, quæ per Canones & Bullas Pontificias, vel statuta particularia & sententias generales Episcoporum feruntur, differentia constituenda est. Quædam enim ex his sunt reservatæ, quædam non. A reservatis ordinariè & extra articulum mortis, aut specialem commissionem vel privilegium nemo absolvere potest, nisi auctor legis & censuræ, qui sibi eandem censuram reservavit. *Trid. Sess. 14. de Sacramento penitentia. c. 7.*

Hodie ex eodem Concilio *Sess. 24. de Reformatione. c. 6.* speciale privilegium acceperunt Episcopi, ut in omnibus censuris & irregularitatibus oculis summo Pontifici reservatis absolvere, & dispensare valeant. Simile privilegium diversi Religionum Ordines à summo Pontifice per specialia rescripta impetrarunt, & tempore Jubilæi omnibus Confessariis concedi solet. Verùm advertendum est circa hanc privilegiatam absolutionem, quòd ea regulariter (nisi ex verbis privilegii aliter constare vel conjici possit de mente privilegiantis) tantum pro foro conscientie, ac salute animæ ac Divinæ offensæ reconciliatione valeat; non verò in foro externo & respectu vindictæ ob culpam patratam Republicæ debitæ, quin taliter absolutus & accusari & puniri possit, atque si de censura ejus in foro externo constet, adhuc quoad effectus fori externi pro censurato habeatur, usque dum absolutionem etiam in illo foro obtineat, ut disertè tradit, & ex stylo Curie Romanæ aliisque rationibus probat Covar. *inc. alma mater. b. t. in 6. p. 1. §. 11. n. 15.* unde in *d. c. 6. Trid.* expressè additur illa *clausa*, ut Episcopi à reservatis Pontificis possint absolvere (*in foro conscientie*) quæ verba licet aliqui interpretentur, quòd absolutio debeat fieri in confessione sacramentali, communior tamen schola DD. teste Barbofi. *in eod. c. 6. n. 47.*

docet, hunc esse sensum prædictorum verborum: *in foro conscientie*, quòd Episcopus quidem possit etiam extra confessionem absolvere à reservatis, sed hæc absolutio non profit quoad forum externum, ut dictum. Interim si in foro externo accusator non appareat, vel culpa manifesta aut scandalosa non sit, posse judicem fori externi dissimulare cum taliter absoluto in foro conscientie, tradit Navar. *Consil. 4. in fine de Fide instrumentorum.*

Porò censuras summo Pontifici reservatas præter 20. casus contentos in Bulla Cœnæ Domini adhuc ex aliis Canonibus & Bullis 88. refert & explicat Barb. *de Offic. Episcopi. p. 3. allegat. §. n. 57.* quarum plures nos convenienter materia, super qua late sunt, in aliis tit. adscriptimus. Et hic iterum attendendum erit, ut usus & consuetudo locorum circa receptionem talium censurarum observetur. Ipsam quoque Bullam Cœnæ Domini, quamvis singulis annis in die Cœnæ Domini promulgetur, & renovetur, in multis locis, præsertim Germaniæ & septentrionalibus receptam non esse, & proinde ibi etiam ab hæresi manifesta contra dictam Bullam absolvere consuevisse Episcopos, cum Becano testatur Laym. *de excommunicatione. c. 5. sub n. 2.* & Nav. *consil. 1. n. 64. in summariis.*

Sed huic dicto, quòd Censuræ Bullæ Cœnæ & aliæ similis non ubique receptæ sint, obstant duo difficilia: *primum* est, quòd ex stylo Curie Romanæ Bullæ omnes Romæ tantum promulgatæ obligent etiam in aliis orbis partibus, sicut tradit Erasmus à Chockier. *de Jurisdic. ordinari. in exemptos p. 1. q. 50. n. 5.* *Alterum* est, quòd non videatur esse in potestate subditorum, obedientiam summo Pontifici debentium Bullam recipere vel rejicere.

Resp.





imò etiam trina monitio Episcopi non requiritur, si Clericus se enormitatibus immisceat, & dicitur se immiscere enormitatibus, si bella & seditiones in populo commoveat. *cap. cum non ab homine. 14. & c. perpendimus. 23. h. t.* Item excusatur à censura, qui manus violentas iniecerant in Clericum, cum matre, sorore, aut filia turpiter inventum, quod DD. non tantum de ipso actu carnali, sed etiam de amplexibus turpibus, & conversationibus in locis suspectis communiter interpretantur: modò non ex dolo & collusione Clericus ad dictas personas invitatus fuisset, ut deprehensus ibidem vapularet; neque etiam evitatur censura, si Clericus cum aliis personis extraneis, vel remotioribus in gradu præter nominatos deprehensus percussus fuerit. *c. si verò. 3. & ibi Barb. n. 7. & s. hoc tit. Navar. in Manuali. c. 27. n. 84.*

127 *Notandum II.* Quòd Clerici etiam in prima tonsura vel minoribus existentes gaudeant hoc privilegio Canonis, non tamen omnes, sed illi, qui habent conditiones requisitas à Concil. Trid. *sess. 23. de Refor. in c. 6.* qui nimirum vel beneficium Ecclesiasticum possident, vel habitum & tonsuram clericalem deferentes alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviunt, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, Universitate de licentia Episcopi quasi in via majores ordines suscipiendos versantur.

Licet verò Concilium *d. l.* non loquatur in specie de privilegio Canonis, sed fori tantum, nihilominus à privilegio fori ad privilegium Canonis, tanquam à majore ad minus bona est argumentatio, & si ob defectum præmissarum conditionum non habet Clericus privilegium fori, quod Jure Divino est datum *c. quanquam. de Censibus. in 6.* multò minus habebit privilegium Canonis, quod Jure tantum humano (respektu censuræ reservatæ) est concessum. Non ENGEL IN DECRET. LIB. V.

autem vice versà ab amissione privilegij Canonis ad privilegium fori rectè intertur: cum hoc tanquam Jure Divino competens difficiliius amittatur. Unde etiam Clericum enormitatibus se immiscentem non perdere fori privilegium & proinde captum ad Judicem Ecclesiasticum remittendum esse, cum communi docet Panorm. *in c. 1. de Apostatis,* & Barb. *in d. c. perpendimus. n. 2.*

Clerici quoque conjugati si cum univ. & 128 virgine contraxerint, & insuper habitum & tonsuram deferaat, ac de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inserviunt, Canonis & fori privilegium habent. *c. un. de Clericis conjug. in 6.* juncto Trid. *d. c. 6.* si verò bigami fuerint, aut viduas vel corruptas duxerint, perdunt clericale privilegium, & prohibetur eis, ne ulterius clericalem habitum portent. *c. un. de Bigamis in 6.*

*Notandum III.* Quòd nomine Monachorum, quibus similiter ut Clericis privilegium Canonis indulgetur, veniant quorumcunque Ordinum approbatorum Regulares, & non tantum viri in Ordinibus constituti, sed etiam conversi Laici & Moniales; imò Novitij ac Novitiæ, quamdiu habitum Religionis gestant, *cap. non dubium. s. cap. de monialibus. 33. hoc tit. & cap. religiosi. 21. eodem. in 6.* De Eremitis alijsque similibus, qui Monachalem vitam imitantur, sed non emittunt tria vota substantialia, nec vivunt in Religione à Sede Apostolica approbata, distingui solet, an sint sub obedientia alicujus Prælati vel Episcopi & recepti in forum & Jurisdictionem Ecclesiasticam, tanquam personæ Ecclesiasticæ, vel utrum suo arbitrio talem vivendi normam teneant? priori casu erit eis privilegium Canonis concedendum, non autem posteriori cum Navar. *in dicit. c. 27. n. 29.* & Sylvestro & Zerola *in Praxi Episcop. verbo Eremita.*

*Notandum IV.* Quòd verbum, si quis 130  
Aaa aaaa in Ci-

in Cirato Canone positum, sicut & regulariter in aliis materis utriusque sexus homines comprehendat. *l. i. ff. de Verbor. significat.* modo sunt doli & censura capaces, id est, non amentes, non infantes &c. Mulieres tamen, & illi, qui delictum percussio- nis in impubertate commiserunt, atque alii, qui sui Juris non sunt, ab Episcopo Diocesa- no a censura hujus Canonis absolvi pos- sunt. *c. mulieres. 6. & c. ult. hoc tit.* Ipsi quoque Clerici Monachi vel Moniales se in- vicem percussiones incidunt in eandem ca- nonicam censuram, cujus tamen absolutio in ipso jure quandoque est inferioribus Præ- latis reservata: nam Clerici, si in communi & simul vivant, v. g. in Ecclesia collegiata, ac se invicem percussione, absolvi possunt ab Episcopo, nisi percussio fuerit valde enor- mis, *c. quoniam. 9. de Vita & honestate Clericorum.* Quamvis autem Gloss. *ibid.* in *V. qui simul vivunt*, hunc textum inter- pretetur de Regularibus; nihilominus de Cle- ricis secularibus probabilius intelligendus est, tum quod ponatur sub Rubr. *de Vita & honestate Clericorum.* & in dubio tex- tus recipiat interpretationem ex Rubrica: tum etiam quod in *princip.* illius *c. quoni- am.* expressè Pontifex loquatur de Clericis, qualiter eos possint Episcopi ad communem vitam & cohabitationem disponere. Regu- lares se invicem percussiones, vel qui ante Religionis ingressum ob percussione[m] Cle- rici vel Monachi in Canonem inciderunt, absolventur ab Abbate seu Prælate suo Or- dinis & Monasterij, nisi valde enormis fue- rit excessus, & ad mutilationem membri seu sanguinis profusionem (intellige ex gra- vi vulnere, non naribus, vel exigua curis læsione) sit devenit, aut in Episcopum vel Abbatem violenta manus injecta, qui- cabus absolutio est summo Pontifici refer- vata. *cap. cum illorum. 32. c. Canonica. 50.*

*hoc tit.* Solent tamen plerique Religio- rum Prælati specialia privilegia a summo Pon- tifice impetrare, ut etiam a percussione cano- ni absolvi valeant. Si Regulares aliqui Clericum secularem percussione, ab Episco- po absolvi; si non fuerit enormis per- cussio. *cap. religioso. 21. & ibi Gloss. in F. eo casu. hoc tit. in 6.* alias a summo Pon- tifice, si fuerit enormis percussio, nec ab alio speciali privilegio munitus sit. *dist. c. cum illorum.* Si Regularis unius monasterij per- cussit Regularem alterius monasterij, per utriusque Monasterij Prælatus absolutio danda est. *dist. c. cum illorum. vers. de- rò claustralis.* Quod ita interpretatur Moh- de *Jure & Just. tract. 3. disp. 40. num. 1.* ut absolutio & executio pene hæc per Prælatum rei percussis tanquam per ordina- rium ejus Judicem cum consensu tamen di- praesentia Prælati offensi tanquam actus persequenti injuriam sui Religiosi, nisi Prælatus actor maluerit totum negotium teri Prælate committere.

Quod si in imponenda pœna huius Præ- lati dissentiant, tertium aliquem arbitrum assumendum censet Mol. *cit. l. Monachi* sive se invicem sive alios Clericos percuss- rint, ab Episcopo, in cujus diocesi Monas- teria sita sunt, absolviuntur, quia non est eis, ut pro absolutione evagantur, *dist. 10. de Monialibus. 33. b. 1.*

*Notandum V.* Quod illa verba *Canonis* *suadente Diabolo*, significant gravem injuriam, & in ratione sacrilegi mortali peccatum, ita tamen, ut hæc duo concurrant, licet animi interna affectio & intentio, vel aliquis Clerico graviter nocere cupiat, externus effectus, seu ipsa gravis læsio non patrata: quare si quis v. g. habuerit inten- tionem ex occulto lapide vel jaculo graviter ferendi Clericum, sed aberraverit, vel quocunq[ue] causa impeditus non fecerit, pœ-

vite quidem propter hunc malignum affectum coram Deo mortaliter, excommunicationem tamen non incurrit, Navar. *dist. 6. 27. n. 87.* tum quod sola cogitatio mentis non puniatur per humanas leges, *c. cogitationis. 14. d. Penitentia. dist. 1.* tum quod præsertim in legibus pœnalibus verba accipienda sint cum effectu, *cap. cum super. 23. de Officio delegati.* & etiam de communi praxi criminali non soleat ordinari pœna legis puniri conatus ad delictum, nisi effectus secutus sit.

Econtrario si quidem externa læsio, gravis fuerit, non autem ex dolo vel intentione, sed casu vel culpa patratâ, ut si quidem per injuriam domo quid ejectum transeunti Clerico nocuerit, etiam non incurretur censura: quia censura non incurritur, nisi ob peccatum mortale. Læsiõ autem externa non est peccatum mortale, si animus lædendi non adfuerit. Licet verbò aliquando ex læsione non mortali sequi possit peccatum mortale, si nimirum graviter lædens obligatus ad restitutionem damni ex *leg. aquil.* eam cum potuit, non fecerit, censura tamen propter omissionem restitutionis non reperitur in Canonibus statuta.

134 Sed quid si Clericos ultrò in sui percussione consentiat? forte secutus illud consilium Evangelicum, *Matth. 5. v. 39. si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe illi & alteram.* aut volens satisfacere pro offensâ alteri illata ultrò se offerat ad verbera, an tali casu percussus incurret censuram? ex speciali ratione dubitanda, quòd *volenti non fit injuria*, neque dolus: sine injuriâ autem & dolo facta percussio non habeat censuram ut dictum.

Nihilominus etiam hoc casu percussorem affici excommunicatione clarè decisum est in *c. contingit. 36. hoc tit.* quamvis enim huic Clerico volenti & offerenti se ad

verbera in particulari non fiat injuria, sit tamen injuria Ordini Clericali, cui ipse per privatum suum consensum derogare non potest. Aliud foret, si ex joco percussus Clericus, vel dum in die parasceves personam Christi agit: quia in tali percussione abest animus injuriandi, & actio ipsa externa non est injuriosa Ordini Clericali. Imò tamen si percussus haberet privatam vindictæ cupiditatem, peccaret quidem, probabiliter tamen à censura excusaretur, quia actio externa, cui censura infligitur, in mortali hominum acceptione non est statui clericali injuriosa.

135 *Notandum VI.* quòd per violentam manuum iniectionem in Clericum non tantum intelligatur percussio, sed quælibet injuriosa afflictio corporalis, ut si in publica vel privata custodia detineatur; si per violentiam vestibus aut rebus suis exuat; si quis eum hostiliter insequatur, ut in fluvium vel fossam cum equo decidat, &c. *c. nuper. 20. & ibi DD. h. t.* Præterea expressè in Jure decisum est, quòd non tantum ipsi percussores Clericorum, sed & mandantes, consulentes (si percussio acta secuta sit) consentientes, non impediens (saltem si ex officio impedire tenebantur) item percussorem suo nomine factam ratam habentes, excommunicationem incurrant. *c. mulieres. 6. §. illi verò. c. quantæ. 47. h. t. c. cum quis. 23. eod. in 6.*

136 *Notandum VII.* quòd aliquæ violentæ manuum iniectiones in Clericum à censura excommunicationis excusentur. Ut primò per ignorantiam tolerabilem, id est, non crassam vel affectatam Juris vel facti, Juris quidem, si quis invincibiliter ignoret censuram excommunicationis ob Clerici percussorem esse statutam, juxta ea, quæ in *§. 1. hujus tit.* tradidimus. Facti autem, si quis ignoret eum, quem percutit, esse Clericum, cam-

eamque ignorantiam, si in foro externo res agatur, & dubitetur, juramento paratus sit probare, *c. si vero. q. h. tit.* Si quis volens percutere Titium Clericum, forsan noctu percutiat Sempronium Clericum, quem novit ex incensu esse Clericum, putat tamen esse Titium, perinde incidet in excommunicationem, ac si Titium percussisset: quia ipsius intentio fuit Clericum percutere, quem etiam agnoscendo Clericum deliberate percussit, quamvis in persona erraverit, quo confert textus in *l. cum, qui nocentem. 18. §. si injuria. ff. de Injuriis.* ubi Juris Conf. ait: *si injuria mihi fiat ab eo, cui sum ignotus, aut si quis putet me esse Lucium, cum sim Cajus, pro eo alet, quod principale est, injuriam mihi facere velle, & ideo injuriarum habeo actionem.* Covar. in *d. c. alma mater. p. 1. §. 10. n. 15.* Secus dicendum, si quis volens manum aut lapidem injicere in Titium Clericum, ab eo erraverit, & casu tetigerit Cajum Clericum; quia in hoc casu intentio nocendi fuit respectu Titii, sed effectus non est secutus, respectu autem Caji effectus quidem est secutus, sed deliberata intentio defuit, at vero in priori casu ponimus fuisse deliberatam intentionem percutiendi Clericum Sempronium, licet fuerit pro alio habitus, ut consideranti patebit.

377 *Secunda* excusatio est, si violentia inferatur Clerico in corrigibili post tertiam monitionem Episcopi, vel enormitibus se immiscenti, ut superius sub *n. 1.* dictum est.

*Tertia*, si percussio Clerici necessaria sit ad defensionem corporis, bonorum vel pudicitiae in persona propria vel proximi moderamine inculpatae tutelae, *c. si vero. 3. & c. ex tenore. 10. h. t.*

378 *Quarta* excusatio est attenuatio culpae ex circumstantiis, si nimirum ex subitanea ira, passione, sine sufficiente deliberatione percussio facta sit, qualis in necessaria de-

fensione sui vel rerum suarum cum alterius excessu moderamine inculpatae tutelae contingere potest, vel ita levis sit percussio, ut arbitrio prudentis viri & juxta morem hominum acceptionem ad peccatum mortale non pertingat, ubi autem est excusatio à mortali, est etiam excusatio à censura.

*Quinta* excusatur Magister vel Praeceptor, qui disciplina causa moderate colligitur discipulum Clericum, *cap. 1. ex tenore. 10. cap. cum voluntate. 34. hoc tit.* Item etiam patres vel propinqui, juxta *l. si filius. 3. Cod. de Patria potestate. & l. an. Cod. de Emendatione propinquorum.* correctionis causa moderate Clericos de suis familiaribus verbera intulerint, *d. cap. cum voluntate. in fine.* quae tamen in re hae interpretatio est adhibenda, ut si Magister, praetor, vel pater, vel propinquus sit Laicus tantum jus habeat corrigendi & puniendi Clericos in minoribus constitutos, non item in sacris & majoribus ordinibus, ut satis aperte colligitur ex *d. cap. cum voluntate;* & docet Gloss. & Panor. *idem,* atque communem sententiam tenent Mol. *de Just. & Jure. tom. 1. tract. 2. disp. 228. & tract. 3. disp. 56. n. 6.* Nam est, quod haud dubie indecorum sit Laico Clericali & plurimum vilescat clericatus reverentia, si Laicis potestas corrigendi per verbera in Clericos in sacris constitutos concedatur.

Non obstat, quod SS. Ordines Clericali non eximant filium à patria potestate, excepta Episcopali dignitate *l. sacrosancti. in auth. sed Episcopalis. Cod. de Episcopis & Clericis,* consequenter adhuc saltem potest jus castigandi filium Clericum remanere. Nam si filium eximi à patria potestate quantum praedicitur statui Clericali; & si quoad bona sua post Clericatum acquiritur (secus est de bonis ante Clericatum acquisitis, quae manent sub patria potestate) exim-

ENGEL

III

tur Aliusfamilias Clericus à patria potestate, ut hæc bona jure quasi castrensis peculii censentur, & patri in illis nihil juris competat, sed filiusfamilias tanquam emancipatus liberam habet disponendi facultatem *d. l. sacrosanctæ. cum auth. Presbyteros. C. de Episcopis & Clericis.* ergo multò magis eximetur quoad suam personam, in quantum id exigit honestas status Clericalis.

141 *Sexto*, etiam excusatur Prælati Ecclesiasticus, si correctionis causâ & ratione officii vel jurisdictionis Clericum vel Monachum juxta gravitatem culpæ castigatione corporali affecerit. *d. c. ex tenore & c. cum voluntate.* si modo id faciat per se vel per alium Clericum aut Monachum. Si verò per Laicum fecerit, tam Prælati mandans, quam Laicus mandatum exequens censuram incurrit. *c. universitatis. 24. h. t.* Qui textus etsi de solis Prælati religiosis loquitur, eum tamen communiter de omnibus Prælati Ecclesiasticis intelligi, tradit Barbof. *ibidem. num. 3.* ubi etiam cum aliis DD. addit, quòd si necessitas urgeat, & si Clericus vel Monachus aliter quam per Laicos à facinore compesci vel capi non possit, aut consuetudo sit, ut Ecclesiastici per Laicos incarcerentur, vel in enormibus delictis ligentur & torqueantur, &c. nullam incurri censuram, & probat textus *in cap. ut fama. 35. vers. laici hoc tit.*

142 *Septimo* demum etiam ebrietas aliquando excusare potest, si sufficientem rationis usum adimat, tametsi aliquis voluntariè se inebriaverit: quia licet peccaverit ita se inebriando, non tamen peccavit percutiendo ex defectu scilicet rationis, censura autè nõ pro peccato ebrietatis, sed pro peccato percussione statuta est; nisi aliquis jam prius habuisset deliberatam intentionem percutiendi Clericum, & studio se inebriaverit, ut contra excommunicationem prætereire possit, vel

ad facinus audacior redderetur, tunc enim non tantum ebrietatem sed etiam percussionem voluntariè admisisset.

*Notandum VIII.* quòd præter summum Pontificem à censura excommunicationis absolvi potest Legatus *de Latere*, & quidem omnes undecunque advenientes: Legatus autem *missus*, sive *Nuntius Apostolicus* tantum eos, qui sunt in Provincia suæ legationis: Legatus verò *natus* non plus juris habeat circa absolutionem, quam alius Ordinarius, *c. excommunicatis. 9. quod translationem 4. d. Offic. Legati.*

*Notandum IX.* quòd etiam quibusdam calibus Episcopo absolutio concedatur: & I. si percussus sit mulier, vel monialis. *c. mulieres. 6. de Monialibus. 33. h. t.* II. sit impubes, quamvis post pubertatem primum petat absolvi. *c. ult. h. t.* III. si Clerici in communi viventes se invicem percusserint. *c. quoniam. 9. de Vita & honestate Clericorum*, secus si alii Clerici separatim viventes se invicem percusserint, nisi percussio fuerit levis, *c. 7. h. t.* IV. si Religiosus percusserit Clericum secularem. *c. Religioso. 21. hoc tit. in 6.* V. si quis habeat impedimentum rationabile, ex quo ad summum Pontificem, vel ejus Legatum accedere nequeat: sed hoc casu, impedimentum sit perpetuum, simpliciter absolvitur ab Episcopo præstita cautione *de satisfaciendo mandatis Ecclesie & parti læsæ*; si verò impedimentum sit temporale, insuper cautio exigenda est, quòd absolutus, quamprimum potuerit, sedi Apostolicæ se præsentare velit, ut ejus mandatum de satisfaciendo Ecclesie læsæ suscipiat, quòd si neglexerit cessante impedimento se præsentare, in censuram incidet ipso Jure *c. de cætero. 11. c. canonis. 13. c. quamvis. 58. h. tit. c. eos, qui 22. eodem in 6.* VI. potentes Domini etiam absolvuntur ab Episcopo, debet tamen Pon-

146  
 tiffex prius de statu ipsorum informari c. *mulieres. 6. h. t.* VII. si percussio sit laevis. c. *peruenit. 17. h. t.* Est autem hic notandum, quod percussio quadrupliciter dividatur. *Prima est levissima & venialis, quae non habet censuram. Secunda est mortalis quidem, sed comparatione aliarum levis. Tertia est gravis sive mediocris, à qua Episcopus tantum absolvit Clericos simul viventes, vel Religiosos percutientes Clericos. Quarta gravissima sive enormis, à qua regulariter non absolvit Episcopus, nisi mulieres, moniales, impuberes, non sui juris, vel impedimento laborantes. Quam autem dicatur in singulis factis percussio levis, mediocris vel enormis, relinquatur arbitrio Episcopi, qui circumstantias facti, scilicet laesionem, locum, tempus, modum, personam tam laesi, quam laedentis diligenter considerabit, ita tamen, ut in dubio potius iudicet percussionem esse gravem, & ab ea se absolvere non posse, quam ut declarando levem, occasionem praebeat laedendi statum Ecclesiasticum, sicut habetur in quadam *extrav.* quam in terminis refert Navar. in *Manuali. c. 27. n. 92.* & Mol. *Tom. 2. tract. 3. disp. 27. n. 1.**

248  
 Notandum ultimum, quamvis Mol. *d. tract. 3. disp. 50.* asserat, quod inferioribus Praelatis (exceptis Abbatibus respectu suorum Religiosorum, de quibus superius sub *notabili 4.* dictum) qui Episcopi non sunt, etsi episcopalem jurisdictionem habeant, sicut Capitulum Cathedralis Ecclesiae sede vacante, non competat jus absolvendi in casibus, quibus posset Episcopus absolvere, eò quod Canones tantum Episcopis hoc privilegium concedant; contrarium tamen magis videtur Juri consentaneum, sicut de Capitulo sede vacante textus est satis clarus in *c. unic. de Majoritate & obedientia. in 6.* ubi generaliter conceditur, ut à censuris

sive Juris sive hominis, à quibus posset Episcopus absolvere, id etiam possit Capitulum sede vacante, & de superioribus Conventibus Religionum exemptarum & aliis Praelatis jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, quod absolvere possint in quibus, in quibus posset Episcopi, docent complures apud Barb. *ad Concilium Trident. Sess. 24. d. Reform. c. 6. sub. n. 7. & 8.* cum enim privilegia juris favorem animae concernentia late sint interpretanda, & hinc tantum de jurisdictione, non de Ordine Episcopali agatur, nihil interest, an quis Episcopus sit, vel Episcopalem jurisdictionem habeat. In Germania & aliis partibus septentrionalibus, unde difficilis est accessus ad Papam, solent quidam Episcopi & regularium Ordinum Confessarii specialia privilegia impetrare, ut etiam à gravi percussione Clerici absolvere possint saltem in foro conscientiae, & si alicubi consuetudo sit, ut talis absolutio etiam pro foro externo acceptetur, talem poterit: nam quod absolutus coram Deo adhuc in foro externo quoad judicialia, & alia similia pro excommunicato habeatur, ius tantum humano statutum est, & consequenter contraria consuetudine immutari potest.

TITULUS XL  
 De Verborum Significatione.

SUMMARIUM.

1. Verba alicujus dispositionis in propria significatione sunt accipienda.
2. Verba intelligenda sunt cum effectu.
3. In verbis potissimum attendi debet mens et intentio disponentium.
4. In contrariis fit interpretatio contra eum, qui legem potuit aperius dicere, servata tamen equitate.
5. Verba sunt semper intelligenda secundum substantiam materiam, & naturam actus.
6. Auctores, qui de Verb. significatione scripserunt.

Cum in Jure & hominum dispositionibus saepe dubitari possit de *significatione verborum*, ut in *Digestis Juris Civilis* specialis de hoc Titulus ad finem subnectitur, ita similiter Compilerator Decretal. in fine operis hunc tit. subiecit. Quia verò *significatio verborum* per totum Jus diffusula passim in propriis materiis & locis tradita est, & omnes verborum Juris significationes hic repetere nimis longum foret, hinc ommissis aliis breviter tantum quasdam Regulas circa verborum intelligentiam & interpretationem, quae circa actus & dispositiones hominum occurrunt, afferemus: nam de *interpretatione Legum* jam diximus in *tit. de Constitut. §. 4. n. 74. & seq.*

I. Igitur verba cujuscunque dispositionis sunt in *propria significatione* & *secundum communem usum hominum* accipienda. *l. non aliter. 69. ff. de Leg. 3.* idque etiam si materia sit strictae interpretationis, ac praedjudicialis alteri. Joann. Honor. *h. t. n. 1.* nisi forrè aliter constet de mente disponentium, quam tamen allegans debet probare. *Gloss. in d. l. non aliter. verb. testatorem.* Item si ex verbis sequeretur aliquid absurdum, vel dispositio redderetur inutilis, tunc verba potius sunt improprianda, quam ut dispositio pereat, *c. Abbati. 25. hoc tit. Honor. l. c. n. 2.* Hinc.

II. Verba intelligenda sunt *cum effectu*, ita ut aliquid operentur, nec sine superflua. *l. 1. §. hoc autem verba. ff. Quod quisque Juris &c. l. 3. in pr. ff. de Jurejur. c. re-latum. 4. de Clericis non resident.*

III. In verbis potissimum attendi debet mens disponentium: quia *verba intentioni & non intentio verbis debet deservire. c. secundo requiris. 41. de Appellat. c. intelligentia. 6. hoc tit.*

IV. In contractibus, si verba sint ambigua, interpretatio fit *contra eum; qui legem po-*

*tuit apertius dicere. c. contra eum. 57. de R. F. in 6.* Ita tamen, ut quantum fieri potest, servetur aequalitas inter contrahentes, *l. penult. C. Communi dividundo.* & ut ratio aequitatis habeatur. *l. si id quod. 4. ad fin. ff. de Rescind. vendit. l. placuit. 8. Cod. de Judic.*

Denique semper verba sunt intelligenda secundum *subjectam materiam & naturam actus* vel contractus *l. 15. §. si upa 4. & ibi Barth. ff. Locati.* Plura de interpretatione verborum videri possunt apud Barbof. in *Tract. Varior. axiom. 222.*

Et circa hanc materiam de *Verborum significatione* ex instituto scripserunt Alberticus de Rosate in *Dictionar. Juris* Aug. Barbof. in *Tract. de Appellat. Juris & dictionibus usu frequentior.* Item Lexicon Juris praeter alios in *prafat. ibidem* ab Hermanno Vultejo relatos edidit Joannes Calvinus: Denique *Tresauros Juris* addiderunt Christoph. Besoldus, Arnol-gus Reygerus & alii.

## TITULUS XLI. De Regulis Juris.

### SUMMARIUM.

1. Auctores de Regulis Juris scribentes.
2. Vilitas Regularum Juris.
3. Non ex Regulis Juris, sed ex Jure Regula desumpta est.

Sicuti *Digesta Juris Civilis*, ita pariter *Decretales* hoc tit. de *Regulis Juris* clauduntur: in quo variae regulae toto Jure alias sparsae velut in unum fasciculum collectae ob oculos ponuntur, specialiter autem in *Lib. 6. decretal. Bonifacius VIII. 88. Regulas Juris* recenset.

Verum quia istarum exactior declaratio longiorem tractatum requireret, & pleraque

ex

ex jam superius dictis forent repetenda, lectorem ad illos auctores, qui ex instituto in *dictas Regulas Juris in 6.* commentati sunt, remitto. Inter quos sunt Dynus, Petrus Peckius, Henricus Canif. Barb. in *Summa Juris Canonici.* Barb. in *Collect.* ad *lib. 6. Decretal.* & alij.

2. Illud tamen moneo circa *Regulas Juris.* quamvis utile sit eas in Corpore Juris relegere, & quantum fieri poterit, eas memoria mandare, cum valeant pro confirmatione dictorum, & in casibus in Jure non decisus inde argumentum desumi possit, atque in dubio potior sit causa ejus, pro quo Regula facit, donec adversarius aliud Jus in contrarium ostendat, ut inquit Gloss. fin. *ad rub. de R. J.* valde tamen decipi eos, qui putant, se totum Jus ex istis *Regulis* intelli-

gere: cum illa materia, quas ista *Regulae* summarissime perstringunt, habeant maximam amplitudinem, & infinita propensum sint circa has *Regulas* exceptiones. Unde merito Juris Consultus in *L. ff. de h. l. dixerit, non ex Regulis Jus, sed ex Jure Regulam esse desumptam:* quasi dicat, fundamenta Juris ex alijs titulis prima nobiscenda & deinde primum per *Regulas* Juris in memoriam revocanda. Sufficiant igitur haec a nobis tradita fundamenta, ut exinde & Canones & alij Canonum interpretes satis intelligi possint; labores vero nostri in toto hoc *Collegio Canonico ad D. Ter - Optimi Maximi, DEI* parique *Virginis, Omniumque Coelorum honorem & gloriam, ac Proximi utilitatem* impensi sunt.

FINIS LIBRI V.  
DECRETALIU.



INDEX